Vos vos miseros appello: qui persecutionum metu perterriti / dum vestras diuitias non animas queritis: nō tam fidem perfidam traditorum diligitis quā contra ipsorum maliciam quorū vobis patrocinia compastis: non aliter quā vt naufragij in fluctibus fluctus subeunt ruituros: sicque in magno vitę periculo appetunt / quod timetur: velut tyrannicus furor vt neminē metuat / vult cum suo periculo vel timeri: sic sic ad artem malicię confugitis / innocentium damna vel pęnas sine vestra formidine spectaturi. Si hoc est vitare periculum / fugere sub ruinam: neque nō etiā damnabilis fides ē / fidē latroni seruare. Postremo dementis lucri cōmercium est / vestras animas perdere ne diuitias amittatis. Dicit enim dominus christus: Si omnē mundū lucrifacias / et animam tuam perdas / quam dabis cōmutationem pro anima tua? Math. 16. d. Aug. respōdit. B Aug. Vtilis eēt ista exhortatio / fateor / si ea quisque in bona causa vteret. Nino hā deterruisti homines diuitias pponere animę suę. Sed vos qui hec audistis / et nos paululum audite. Hoc enī et nos dicimus: sed attendite quemadmodū si vobis minantur reges auferre diuitias: quia iudei sm carnem nō estis: aut quia idola vel demonia non colitis / aut quia in nullas hereses transferimini / sed in vnitate catholica pmanetis: eligite potius perire diuitias vestras ne ipsi pereatis: sed nec aliud quicquā / nec ipsam tēporalem vitam saluti eternę que in christo est preferatis. Si autem reges vobis propterea damna vel damnationē minantur: quia estis heretici / terrent vos illi non crudeliter sed misericorditer: vos autē nō fortiter sed pertinaciter nō timetis. Audite ergo petrum dicentem: Que autem gloria est si peccantes pęnas patimini vt neque hic habeatis terrena solatia: nec in futuro seculo vitam eternam: sed et hic angustias infelicium / et ibi gehennas hereticorum? 1. Petri. 2. c. C Vides ergo tu frater cum quo mihi nunc res est / prius te debere ostendere vtrum teneas veritatem: et tunc exhortari homines / vt pro ea tenenda parati sint carere omnibus que tempaliter tenent: cum hoc non ostendas / quia non potes: non quia ingenium deest / sed quia mala causa est: Cur festinas exhortationibus tuis facere homines et mendaces et imperitos et egentes et errantes et pannosos et contentiosos et famelicos et hereticos / et in hoc seculo bona temporalia perdētes / et in christi iudicio mala De malicia.

eterna inuenientes. Cautus autem filius qui timendo flagellum patris recedit a cubili serpentis/ nec vapulat nec perit: Qui autem dolores disciplinę pro sua perniciosa voluntate contemnit/et vapulat et perit. Jam non intelligis vir diserte/ quoniam qui pro pace christi omnibus terrenis caruerit deum habet: qui autem pro parte donati vel paucos nūmos pdiderit/ cor non habet. Ca.XCIX.

A Petilianus. Matth.5.a. Petilian⁹ dixit. Nos autem pauperes spiritu: non diuitias amamus/ sed diuitias formidamus.

2.Cor.6.b. Nos nihil habentes et omnia possidentes/ censum animam credimus/ nostrisq penis/ sanguine/ eternas diuitias celi mercamur: sicut idem domin⁹ dicit: Qui perdiderit

Matth.19.d. substantiam suam/centuplum recipiet eam.

B Aug⁹. Aug⁹ rñdit. Et hoc ad rē pertinet cōmonere quemadmodum scriptum est: Nam vbi nihil impedit intentionē meam/ siquidem scripturis fallis aut falleris nihil curo. Nō ergo ita scriptum est: Qui perdiderit substantiam suam/ sed qui perdiderit animam suam propter me. De substantia vero non scriptum est: Qui perdiderit/sed qui dimiserit: nec solum substantiam pecunię/sed ꝛ multa alia: Tu aūt interim non perdidisti substantiam tuā: vtrū vero dimiseris ꝙ sic de paupertate gloriaris/ nescio si forte scit hoc collega me⁹ fortunat⁹: quia in eadem ciuitate estis: Nunq mihi indicauit/ quia nunq quęsieram. Uerūtamen etiā si hoc fecisti: tuipse contra te in hac ipsa tua epistola commemorasti apostolicum testimonium: Si distri

1.Cor.13.b. buero omnia mea pauperibus/et tradidero corpus meum vt ardeam: charitatē autem non habeam/nihil mihi pdest. Si eñ haberetis charitatē: non obijceretis ignaro et incognito vobis orbi terrarum/ nec

Al. ✝ factorū. ipsa saltē pbata crimina ✝ fratrū. Si haberetis charitatem/non in vestris calumnijs fingeretis/ sed in verbis domini manifestissime expressam vsq in totā terrā cognosceretis vnitatē. Si autem hoc non fecisti/ quid gloriaris quasi feceris? Ita ne vero

2.Cor.6.b. diuitias formidatis: vt nihil habentes omnia possideatis? Dic ista collegę tuo crispi

C no: qui modo iuxta hipponem nostrā cōparauit fundum/ vbi mergeret homines in profundum: Unde hoc et ego nimirū noui/ tu forte nescis: et ideo secur⁹ clamas/ diuitias formidam⁹. Unde miror ꝙ ista vox tua vt ad nos perueniret/ipsum transilijt. Inter constantinā quippe vbi tu es/ ꝛ hipponem vbi ego sum: chalama vbi ille est vicinior quidem nobis: sed tamen interposita est. Miror ergo quomodo ille non prior excepit hanc vocem / et repercussit ne transiret ad nos: et aduersus te diuitiarum laudes multo copiosius recitauit. Non solum enim non formidat ille diuitias/ sed et amat: et certe de cetero priusq edas/ recita illi talia: si non emendauerit/ respondemus: sed autē si verum est ꝙ pauper sis/ ibi habes fratrē meum fortunatū: facili⁹ inde placere poteris illi collegę meo ꝙ huic tuo. Ca.C.

Petilianus. Petilian⁹ dixit. Nos timore dei quo viuimus/ penas et mortes ꝙs gladio facitis/ nō timemus: sed id solū denuq fugim⁹/ ꝙ cōmuniōe nequissima animas iugulatis dño ipso dicente: Noli

Matth.10.c. te timere eos qui occidunt corpus: animā eñ occidere non possunt: sed timete potius eū qui habet potestatē corpus et animā mittere in gehennā ignis. Aug⁹ rñ

Aug⁹. dit. Quod dicitis vos facitis: nō gladio visibili/sed illo de quo dictū est: Filij ho

Ps.56. minū dentes eorū arma et sagittę: et lingua eorū gladius acutus. Hoc eñ gladio criminatore et calumniatore orbis incogniti imperitorū animas trucidatis. Si autem cōmunionē nequissimā accusas: ecce ore non meo sed tuo ascendas/ descendas/ intres/ verseris/ tergiuerseris: talis es qualis optatus. Si autē redis ad cor/ ꝛ inuenies te non esse talē: nō quia tecū sacramēta nō cōmunicauit/sꝫ qꝛ tibi displicuit/absolues orbem terrarū criminib⁹alienis: ꝛ inuenies vos implicatos crimine schismatis.

A Petilianus. Petilian⁹ dixit. Uos (Ca.CI. ergo qui falsissimo baptismo vultis lauari ꝙ nasci: nō solum vestra delicta nō ponitis/ verū alas vestras reorū criminib⁹oneratis. Ut eñ aqua nocentiū a sancto spū vacuata est: ita plane referta est criminib⁹traditorū. Quicūq igitur miser ab hmōi baptizaris/si mendacio carere volueris/perfunderis falsitate: Si delicta carnis volebas excludere/ reorū accedente cōscientia pcipies ꝛ reatū. Si auaricię flāmā volebas extinguere/ pfunderis fraude/

ꝑfunderis ſcelere/ꝑfunderis ⁊ furore. Po
ſtremo ſi credis quia accipiētis et dantis ē
fides: ab eo qui interficit hominē/ ſangui/
ne ꝑfunderis fratris: Ita agit/ vt qui ad ba/
ptiſmū innocēs veneras/ a baptiſmo rede/
B as parricida. Augꝰ rñdit. Vellem cum
Augꝰ. eis ſermocinari/ qui verbis iſtis lectis vel
auditis acclamauerūt: Tales enim non ha/
bent aures in corde/ſed cor in auribus. Le
gant tamen iterū et iterū/et cogitēt/⁊ ſen/
tient ea/ nō quid ſonent/ ſed quid ſapiāt.
Primo vt hoc vltimū excutiā: Ita ergo fit
inquis/ vt qui ad baptiſmū innocēs vene/
ras/ a baptiſmo redeas parricida. Reſpon
de prius: quis ad baptiſmū innocens vene
rat/ excepto illo qui non ideo venit bapti/
ȥari vt eiꝰ ablueretur iniquitas/ ſed vt no/
bis humilitatis preberet auctoritas. Quid
enim dimitteret innocēti? Aut non ita es elo/
quens vt oſtendas nobis quandā innocē/
tiam peccatricē? Nonne audis dicentē ſcri
Job.25.a. pturā: Nemo mundꝰ a peccato in conſpe/
ctu tuo/ nec infans cuiꝰ eſt diei vnius vita
ſuper terrā? Nā vnde ad remiſſionē pecca/
torū et cū infantibus curritur. Nonne audis
Ps.50. aliā: Ego in iniquitate conceptus ſū? De/
inde ſi ꝓpterea redit parricida q̄ ſine parri
cidio venerat/ quia cū parricida baptiȥat:
quotquot ab optato baptiȥati redierunt/
optati facti ſunt. Ite nūc ⁊ nobis obycite/
ꝙ in vos regū iracundiā concitemus. Nō/
ne metuitis ne a vobis tot gildonis ſatel/
lites inquirantur/ quot homines ab optato
baptiȥari potuerūt? Vides ne tandē quē/
admodū iſta tua/ nō ſentētia ſed veſica/ nō
ſolū inani ſono/ſed etiam in capite veſtro
C crepuerit. Jam cętera ſupiora quę nūc re/
fellenda ꝓpoſuimus: talia ſunt vt omnino
talis quiſq; baptiȥatus redire dicatur/ qua/
lis fuerit a quo baptiȥatur. Sed abſit vt ꝙ
delyrans iſta dicis/ tam delyri a te redeant
quos baptiȥas: Et ꝙ bene tibi ſonuit qđ
dixiſti: Perfunderis fraude/ꝑfunderis ſce/
lere/ꝑfunderis ⁊ furore: Tu vero niſi furo/
re nō perfuſus/ ſed repletus eſſes/ iſta non
effunderes: Ita ne vt alia taceā: quicunq;
non auari ad auaros collegas tuos vel p̄/
ſbyteros veſtros baptiȥādi veniunt/ auari
redeunt. Et quicūq; ſobrij ad illas vini vo
ragines currunt vt baptiȥentur/ ebrioſi re/
uertuntur. Iſta ſentientes et iſta ſuaden/
tes/ auditis etiam tanꝙ aduerſus nos cō/
memorare/ quod pauloante poſuiſti ſupe/
rius: Bonū eſt ſperare in dño ꝙ ſperare in
homine: Bonū eſt ſperare in dño ꝙ ſpera/ Ps.117.
re in principibus. Quid aliud docetis quę/
ſo ꝙ non in dño ſed in homine ſperare: qui
talē fieri dicitis baptiȥatū/ qualis fuerit ba
ptiȥator? Et qꝛ iſtū vobis baptiȥandi aſſu
mitis principatū: credant vobis hoīes: et q̄
erāt in dño ſperaturi/ ſperēt in principibus:
Immo vo nō audiant vos/ſed illa potiꝰ te
ſtimonia quę poſuiſti cōtra nos /et aliquid
etiā terribilius: quia nō ſolū bonū eſt ſpe/
rare in domino ꝙ ſperare ī homine: ſed eti Hiere.17.a.
am maledictus omnis qui ſpem ſuā ponit
in homine.

Ca. CII.

A Petilianꝰ.
P Etilianꝰ dixit. Imitamini ſal/
tem ꝓphetas/ qui ſuas animas ſa/
cras falſo baptiſmate decipi timu/
erūt. Dixit nanq; hieremias/ apud impios
homines aquā eſſe mendacē. Aqua inquit Hiere.15.d.
mendax nō habet fidē. Augꝰ reſpōdit. B Augꝰ.
Qui ſcripturaꝝ ignarꝰ hęc audit/ nec te cre
dit/ aut ſic errantē vt neſcias quid loqua/ Al. tectantē
ris: aut ſic fallentē vt quē fefelleris neſciat
quid loquatur: putat hieremiā ꝓphetam cū
baptiȥari vellet p̄cauiſſe ne ab hominibus
impijs baptiȥaretur: et ſic iſta dixiſſe. Quo
enim ꝑtinet ꝙ anteꝙ hoc teſtimoniū pone/
res dixiſti: Imitamini ſaltē ꝓphetas/ qui
ſuas animas ſacras falſo baptiſmate deci
pi timuerūt: quaſi hieremię tēporibꝰ quiſ/
ꝙ ſacramēto baptiſmi ablueretur/ niſi ꝙ ſe/
ipſos illis lauacris quę dñs redarguit pha
riſei pene ꝑ omnia momēta tingebāt/ et le/
ctos et calices ⁊ parapſides/ ſicut in euan/ Matth.23.c.
gelio legitur. Quomodo ergo potuit hiere/
mias tanꝙ baptiſmū deſiderans ⁊ ab im/
pijs baptiȥari/ deuitans ita dixiſſe. Hoc er
go dixit cū de populo infideli quęreretur/ cu/
ius peſſimis moribꝰ tribulabatur: non ſe cō/
miſcens factis coꝝ: qui tamē corporaliter nō
ſe ab illo populo ſegregauit/ nec alia ſacra/
menta quęſiuit: ꝙ ille populꝰ ſm legis or/
dinē illi tēpori congrua ſumebat. Hunc er/
go populū male viuentē dixit plagā/ qua
cor iuſti grauiter cędebatur: ſiue hoc de ſeip/
ſo diceret/ ſiue in ſeipſo figuraret quę futu/ C
ra cernebat. Sic enim ait: Dñe memor eſto Hiere.15.c.
mei et viſita me/ ⁊ innocentē me fac ab in/
ſectantibꝰ me/ non in longanimitate: ſcito
quō acceperim de te improperiū ab his q̄
ſpernūt ſermones tuos: Conſūma illos: et

erit verbū tuum mihi in iocunditatē & gaudium cordis mei: quoniā vocatū est nomē tuū in me: dñe omnipotēs: Nō sedi in consilio eorꝫ † laudantiū/ sꝫ timebā a facie manus tuę: singulariter sedebā/ qm̄ amaritudine replet⁹ sum: Ut quid qui me cōtristāt p̄ualent in me? Plaga mea valida est: vñ sanabor? Facta est mihi vt aqua mendax/ quę nō habet fidē. In his omnib⁹ videtur quid ꝓpheta intelligi voluerit: sed videtur ab eis qui nō ad causam suam peruersam volūt puertere quod legunt. Plagam eñ suā dixit hieremias factā sibi aquam mendacē quę nō habet fidem: eos autē voluit intelligi plagam suā qui eū contristabant male viuendo. Unde dicit et apl's: Foris pugnę/ int⁹ timores. Et iterū: Quis infirmatur et ego non infirmor? et quis scandalizatur et ego non vror? Et quia desperabat eos posse corrigi/ ꝓpterea dixit: Unde sanabor: tanq̄ semper habitur⁹ dolorē q̄diu illi tales essent inter quos viuere cogeretur. Populū autē nomine aquę solere significari i apocalypsi manifestat: vbi aq̄s multas populos multos: nō coniectura vestra/ sed illic enodata interp̄tatione cognoscim⁹. Noli ergo p prauū intellectū vel poti⁹ errorē blasphemare sacramentū baptismi/ etiā si in homine pditissimo fuerit: q2 nec i simone mēdace aqua mēdax erat baptisma qd acceperat: Nec tot mēdaces vestri aquā mendacē dant cū baptizāt in nomine trinitatis: Neq̄ eñ tunc incipiūt esse mendaces/ qñ pditi atq̄ conuicti facinora sua confitenť sed tūc poti⁹ erāt mendaces/ qñ cū essent adulteri & scelerati/ castos & innocētes se esse fingebant. Ca. CIII.

Petilian⁹ dixit. Dixit quoq̄ dauid: Oleū peccatoris nō vnget caput meū: Quē igiť asserit peccatorem? Me qui tua scelera patior: an te qui psequeris innocentē? Aug⁹ respōdit. Ex psona corpis christi quę est ecclesia dei viui/ columna et firmamentū veritatis/ toto orbe terraꝝ diffusa ꝓpter euangeliū qd p̄dicať: sicut dicit apl's: in omni creatura quę sub cęlo ē: Ex psona orbis terrę/ de quo idē dauid/ cui⁹ verba non intelligitis/ dicit: Confirmauit orbē terrę qui nō commouebitur: quem tu peccatis alienis non cōmotū esse/ sed omnino perijsse contendis. Ex illi⁹ ergo psona respondeo ego/ nō persequor innocentē. Dauid autē oleū peccatoris dixit/ nō dixit traditoris/ nō thurificatoris/ non persecutoris/ sed peccatoris. Quid ergo factur⁹ es fm intellectū tuum? Uide primū/ vtrum non sis ipse peccator: Nolo mihi dicas/ nō sum traditor/ nō sum thurificator/ nō sum psecutor: Nec ego quidem si dño placet aliquid hoꝝ sum: nec orbis terrę qui nō cōmouebiť. Sed dic si audes: Nō sum peccator. Ille quippe ait: oleum peccatoris. Quicquid eñ in te vel leuis peccati fuerit inuentū: vñ non ostēdis ptinere ad id quod dictū est: oleū peccatoris? Quero eñ/ vtrū ores oratione dñica? Si eñ nō oras ea oratione quā dñs orare discipulos docuit: vñ aliā didicisti ꝓ maioribus meritis tuis excedētē merita apostolorū? Si autē sic oras/ vt ille magister docere dignat⁹ ē quō dicis: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittim⁹ debitoribus nostris? Neq̄ eñ de his peccatis hoc petim⁹ quę nobis in baptismo iā dimissa sunt. Ergo ista verba orationis/ aut te nō pmittunt esse dei depręcatorē/ aut aperiūt peccatorē. Eant nūc & osculenť tibi caput qui abs te baptizati sunt: quorū capita oleo tuo perierūt: sed tu vide quid sis vel quid de te sentias. Ita ne vero optatus quē pagani/ iudęi/ christiani nostri vestri p aphricam totā/ furem/ raptorē/ pditorē/ oppressorē/ sepatorē: et illi⁹ quem quidā vestrum ei⁹ dixit comitē deū: non amicū/ non clientem nō satellitē clamant: nō fuit vel qualiscūq̄ peccator? Quid ergo faciēt quibus vnxit capita re⁹ criminis capitalis? Nonne et ipsi vobis capita osculanť/ de quorū capitib⁹ p hunc intellectū male iudicat/ salutem/ pdite illos & admonete vt sanenť. An vobis poti⁹ caput sanandū est ita delyrantib⁹? Quid ergo inq̄s dixit dauid? Quid me interrogas? Ipsum interroga: Superiori versu tibi respondet: Emēdabit inquit me iust⁹ in misericordia & arguet me: oleum aūt pctōris non impinguabit caput meū. Quid plani⁹? q̄d aperti⁹? Malim inq̄t me misericordi obiurgatione sanari/ q̄ blāda adulatiōe tanq̄ mihi caput vngať/ decipi atq̄ puerti. Sub alijs v̄bis ipsa sentētia ē alibi sc̄ptura: Meliora sūt vulnera amici q̄ volūtaria oscula inimici. Ca. CIIII

Petilian⁹ dixit. Unguentū vero cōcordię sic in fratrib⁹ laudat: Ecce

Margin notes (left column): Al. † laudātiū. — 2. Cor. 7. b. — 2. Cor. 11. g. — Apoca. 17. d. — D — Act. 8. c. — A — Petilianus — Ps. 140. — B — Aug⁹. — 1. timoth. 3. d. — Col. 1. d. — Ps. 92.

Margin notes (right column): Matth. 6. b. — C — Ps. 140. — Prouer. 27. — A — Petilianus

Ps.132 Quam bonū et quam iocundū/ habitare fratres in vnū: Tanquam vnguentū in capite/ qđ descē/ dit in barbā barbā aaron: Quod descēdit in orā vestimenti eius sicut ros hermon/ qui descendit in montē sion: Quoniam ibi manda/ uit dominus bñdictionē: et vitā vsque in seculum. Sic inquit vngitur vnitas/ sicut vncti sunt

B sacerdotes. Aug⁹ respōdit. Ver⁹ dicis:

Aug⁹ Nam illud sacerdotiū in figura corporis christi habebat vnctionē/ quod vnitatis compage fit saluū: Nam et ipse christus a chrismate appellatur/ id est ab vnctione. Hūc hebrei dicunt messiam: quod verbum punice lingue consonū est/ sicut alia hebrea ꝑmulta et pene omnia. Quid est ergo i illo sacerdotio caput/ quid barba/ quid ora vestimēti: Quātū donat dominus vt intelligā: Caput est ipse saluator corporis/ de quo apostolus

Col.1.c. ait: Et ipse est caput corporis ecclesie. Per barbā non incongrue fortitudo intelligitur: Ergo ad eos qui sunt fortes in ecclesia ei⁹/ et adherent ori ei⁹/ vt sine timore predicēt veritatē: ab ipso christo tanquam a capite sanctū descendit vnguentū/ id est sanctificatio spiritalis. Ora vestimēti hec datur intelligi que in capite vestimēti est/ qua vestientis caput ingreditur: per hanc significantur perfecti fideles in ecclesia. In ora nanque perfectio est: et vtique meministi esse dictū cuidā

Math.19.c. diuiti: Si vis esse pfectus/ vade vēde omnia que possides/ et da paupibus: et habebis thesaurū in celis: et veni sequere me. Tristis quidē ille discessit/ neglector pfectionis/ et elector defectionis. Sed nunquid ideo defuerūt in quos vnitatis vnguentū tali rerū terrenarū dimissione pfectos/ tanquam in ora vestimēti a capite descēderet? Nā exceptis apostolis/ et qui cū eis erant ꝓpositis atque doctoribus/ quos eminētiores et fortiores in barba intelligim⁹: lege in acti/

Act.4.g. bus apostolorum/ et vide qui rerum suarum venditarum pcia ad pedes apostolorum ponebant: et nemo dicebat aliquid ꝓpriū/ sed erant eis oīa cōmunia: et distribuebatur vnicuique sicut cuique opus erat: et erat illis anima vna et cor vnū in deū. Nempe ita scriptū esse cognoscis: Agnosce quam bonū et iocundum/ fratres habitantes in vnū: Agnosce barbā aaron: Agnosce oram vestimēti spiritalis: Interroga ipsam scripturā vbi ceperunt ista fieri: inuenies in hierusalē. De hac ora vestis ꝑ omnes gentes vnitas contexitur. Hac intrauit caput in vestē/ vt indueretur christus varietate orbis terrarū: quia in hac ora vestimenti apparuit varietas ipsa linguarū. Cur ergo ipsi capiti vn

C illud vnitatis descendit vnguentū/ id est amoris fragrātia spiritalis: cur inquā ipsi capiti resistitis testāti et dicēti: Predicabit Luc.24.g in nomine ei⁹ pēnitētia et remissio peccatorum ꝑ omnes gentes/ incipientib⁹ ab hierusalē: et in hoc vnguento sacramentū chrismatis vult interpretari: quod quidē in genere visibiliū signaculorū sacrosanctū ē sicut ipse baptismus: sed potest esse et in hominib⁹ pessimis in operib⁹ carnis vitā consumentib⁹/ et regnū celorum nō possessuris: et ideo nec ad barbā aaron/ nec ad orā vestimenti eius/ nec ad vllā contextionē vestis sacerdotalis pertinētibus? Ubi enim posituros es que apostolus enumerat manifesta Gal.5.d. opera carnis: que sunt iquit fornicatiōes/ imūdicie/ luxurie/ idolorum seruit⁹/ veneficia/ inimicitie/ ɔtētiōes/ emulatiōes/ animositates/ dissēsiōes/ hereses/ inuidie/ ebrietates/ comesationes/ et his similia: que predico vobis sicut ꝑdixi: quoniam qui talia agūt regnū dei nō possidebunt? Sequestro fornicationes que latenter admittūtur: Immūdicias interpretare vt volueris: Sequestro et ipsas: Illic ponam⁹ et veneficia: quia nemo ē palam confector datorque venenorum. Sequestro et hereses: quare et hoc vultis. Idolorū seruitutem nescio vtrū debeam sequestrare: quādoquidē apostolus ibi ponit auariciā/ que publice insanit. His ergo sequestratis/ nulli ne apud vos luxuriosi/ nulli auari/ nulli pertinaciter inimicitias exercētes/ nulli ɔtentiosi/ emuli/ animosi/ dissensionib⁹ studentes/ inuidi/ ebriosi/ comesationib⁹ vacātes? Nulli ne apud vos tales vnguntur: et in his intus noti manifestique moriūtur? Si nullos dicis: quoniā studio ɔtentionis apte mentiris: vide ne de talib⁹ ipse sis. Si autem ab hmōi remot⁹ es/ nō corporis sepatione/ sed vite dissimilitudine: et tales turbas circum altaria vestra gemēs conspicis: quid dicem⁹ quare oleo sancto vncti sunt: et sicut apls liquida veritate ɔfirmat: regnū dei nō possidebunt: nūquid barbe aaron et ore vestimēti ei⁹ sacrilega iniuria facienda est/ vt ibi eos ponēdos arbitremur? Absit. Discerne ergo visibile sanctū sacramentū quod esse et i bonis et in malis potest: Illis ad ꝑmiū/

illis ad iudicium/ab inuisibili vnctione cha
ritatis/ quę propria bonorum est. Discer/
ne ista/discerne: discernat te deus a parte
donati/ et in catholicam reuocet: vnde te
illi cathecuminum abreptum mortiferi ho
noris vinculo ligauerunt. Jam ros her/
mon sup montes sion quomodolibet abs
te accipiatur: non estis in montibus sion:
qz nō estis I ciuitate super mōtē cōstituta:
quę certum signum hoc habet/ quod ab/
scondi nō potest: Nota est ergo omnibus
gentibus: pars autē donati ignota est plu
rib⁹ gentib⁹: nō est ergo ipsa. Ca. CV.

A Petilianus. Petilianus dixit. Ve igitur vo
bis qui violando quod sanctum
est rescinditis vnitatem/ prophe/
1. Regl. 2. c. ta dicente: Si peccauerit populus/orabit
pro eo sacerdos: si autem peccauerit sacer/
B dos/quis orabit pro eo? Aug⁹ respon/
Aug⁹. dit. Et videbar pauloante cum de oleo
peccatoris disputaremus vngere tibi fron
tem: vt diceres si auderes/ vtrū ipse pecca/
tor nō esses: Ecce dixisti illud: o scelus/o
mōstrum. Quia enim te sacerdotē asseris/
quid aliud ꝙ hoc propheticum testimoni/
um/ nisi te omnino sine peccato esse dixi/
sti? Nam si habes peccatum/ quis pro te
orabit fm intellectum tuum? Jta eñ vos
miseris plębibus vendicatis cōmemoran
tes ex propheta: Si peccauerit populus/
orabit pro eo sacerdos: si autem sacer/
dos peccauerit/quis orabit pro eo: vt vos
sine peccato esse credant: et peccata sua
vestris orationibus purganda cōmittant.
Magni homines vos/excelsi/ cęlestes/di/
uini: non iam homines sed angeli/qui pro
plębibus oratis/et pro vobis plębes ora/
re non vultis. Tu ne iustior paulo/ tu per/
fectior tanto apostolo/ qui eorum quos
docebat orati̇ōibus se cōmendabat: Ora/
Col. 4. a. tioni inquit instate/ vigilātes in illa in gra
tiarūactione/ orantes simul et pro nobis/
vt deus aperiat nobis ostium verbi ad lo/
quendum mysterium christi: propter quod
et vinctus sum vt manifestem illud/ ita vt
oportet me loqui. Ecce orat ꝓ paulo apo/
stolo/quod fieri nō vis ꝓ episcopo. Vides
ne ꝙ sit ista diabolica superbia? Oratur ꝓ
apostolo vt manifestet mysteriū christi si/
cut oportet loqui. Proinde si pias plębes
haberetis/ hortari debuisti vt pro te ora/
C rent ne loquereris sicut non oportet. Tu
iustior iohanne euangelista/ qui ait: Si di/ 1. Joh. 1. c.
xerimus quia peccatum nō habemus/nos/
ipsos seducimus/ et veritas in nobis non
est. Tu postremo iustior daniele: quem tu/
ipse in hac tua epistola ita cōmemorasti vt
diceres: Rex iustissimū danielem ferinis Daniel. 6. c.
morsibus vt putabat obiecit: quod ille nō
putauerat/quandoquidē amicissimo ani/
mo/ sicut lectionis circumstantia probat/
dixit ipsi danieli: Deus tuus cui deseruis
assidue/ipse eripiet te. Sed hinc iam mul/
ta diximus: nunc quod agitur: Nempe
iustissimus erat daniel: nō testimonio tuo:
ꝙꝙ hoc mihi ad causam quam tecum ago
sufficiat: sed testimonio spiritus dei lo/
quentis etiam per ezechielē/ vbi tres emi/
nentissimę iusticię nominauit: Noe/dani/ Ezech. 19. c.
elem et iob: quos dixit solos a quadā vę/
hementissima ira dei quę cęteris impen/
deret posse liberari. Vir ergo iustissimus/
vnus ex tribus memorabilibus orat et di/
cit: Cum orarem et confiterer peccata mea Daniel. 9. c.
et peccata populi mei in conspectu domi/
ni dei mei: Et tu te dicis esse sine peccato/
quia videlicet sacerdos es: et si peccaue/
rit populus/ oras pro eo: si autem tu pec/
cas/quis pro te orabit? Vere quia impie/
tate tantę arrogantię indignū te prębes/
pro quo sacerdos ille interpellet: quē pro/
pheta his verbis quę non intelligis volu/
it intelligi. Jam enim ne quis inquirat cur D
hoc dictum sit/ quantū domin⁹ donat ex/
pediam. Pręparabat de⁹ animas homi/
num ꝑ prophetam/ vt talem desiderarent
sacerdotem pro quo nullus posset orare:
Jpse figurabat temporibus primi popu/
li et primi templi: vbi omnia figurę nostrę
fuerunt: Jdeo solus summus sacerdos in/ Leuit. 16
trabat in sancta sanctorū vt oraret ꝓ po/ Heb. 9. b.
pulo/ qui cum sacerdote in ipsa interiora
sancta nō introibat: sicut ille sacerdos in/
trauit in secreta cęlorum in illa veriora
sancta sanctorum: adhuc nobis hic positis
pro quibus interpellat: Jdeo dixit ꝓphe/ Ro. 8. g.
ta: Si peccauerit populus/ orabit ꝓ eo sa/ 1. Regl. 2. c.
cerdos: si autē sacerdos peccauerit/ quis
orabit ꝓ eo? Quasi talē desiderate sacer/
dotem qui peccare non possit/ne indigeat
orari pro se: Et ideo ꝓ apostol' orat a po/
pulis: ꝓ illo autē sacerdote apostolorū ma/
gistro et domino nō oratur. Audi hoc io/ 1. Joh. 2. a.
hannē fatentem et dicentē: Fratres inquit

hec scribo vobis vt non peccetis: et si quis peccauerit/aduocatum habemus apud patrē iesum christū iustū: ipse exoratio ē pro peccatis nostris. Habemus dixit: peccatis nostris dixit: Disce humilitatē ne cadas/ immo vt aliquando surgas: Neq3 eni ista dixisses nisi cecidisses. Ca. CVI.

Petilianus — Petilianus dixit. At ne se vindicet a delicto qui laicus ē/hoc interdicto tenet: Ne cōmunices peccatis alienis. Aug. respōdit. Erras/vt dicitur/toto celo p superbiā/ dum non vis cōmunicare orbi terre per humilitatē: Nā neq3 hoc laico dictum est: et nescis quemadmodū dictum sit. Ad timotheū apostolus cum scriberet/ hoc monebat eundē ipsum timotheū/cui alio loco dicit: Noli cōtemnere gratiam que in te est/ que tibi data est p impositionē manuum presbyteri. Et multis alijs documentis ostendit q nō erat laicus. Qd autem ait: Ne cōmunices peccatis alienis: cōsensu & placito intelligi voluit. Unde statim subijciens quomodo id agat: Teipsum inquit castum custodi. Neq3 eni et ipse paulus cōmunicabat peccatis alienis: q2 falsos fratres de quib9 gemit/i vnitate corporali tolerabat: Aut cōmunicauerūt furto et sceleri iude pdecesso res eius apostoli: quia cū eo iam dn̄i vēditore et a dn̄o demonstrato/sacrosanctā cene nam cōmunicauerūt? Ca. CVII.

1. timoth. 5. d.
Aug.
1. timoth. 4. d
1. timoth. 5. d
2. Cor. 11. f.
Joh. 12.

Petilianus — Petilianus dixit. Hac iteq sententia ipse apostolus cōparat conscientie male cōsortes: Et qui faciunt ea inquit/et qui consentiūt talia faciētibus/digni sunt morte. Aug. respondit. Quomodolibet ea dixeris non curo: vera sunt hec: & hoc ē quod catholica docet/multū interesse inter consentiētes quibus hec placent/et tolerātes quib9 hec displicent. Illi eni palea fiunt dum palee sequuntur sterilitatem: illi triticum dū expectēt vt segregent p christum ventilatorē.

Ro. 1. d
Aug.

A
Petilianus — Petilianus dixit. Ca. CVIII. Uenite ergo ad ecclesiam populi/ et aufugite traditores/si cum hisdē perire non vultis: Nam vt facile cognoscatis q cum ipsi sint rei de fide nostra/ optime iudicent: Ego illorum infectos baptizo: illi meos/quod absit/ recipiūt baptizatos: que omnino non facerent si in baptismo nostro culpas aliqas agnouissent. Uidete ergo qd dam9 q sit factū qd destruere metuit sacrilegus inimicus. Aug. respōdit. Contra istum quidem errorem multa iam diximus/et in hoc opere et alibi: Sed quia ita magnum firmamentū vanitatis vestre in hac sentētia esse arbitramini/vt ad hoc tibi terminandam putares epistolam/quo quasi recentius in animis legentium remaneret/ breuiter respondeo: Sic approbamus in hereticis baptismū/ non hereticorum sed christi: sicut in fornicatoribus/immundis/luxuriosis/idolatris/veneficis/inimicitiarū retentoribus/contentiosis/emulis/animosis/dissensionum studiosis/inuidis/ebriosis/ comesatoribus/ & his similibus/ approbamus baptismū/nō eorum sed christi. Omnes enim isti inter quos et heretici positi sunt/sicut dicit apostol9/regnū dei nō possidebūt: et ideo ad sinistram partem cum diabolo pertinebūt. Nec ideo putandi sunt esse in christi corpore quod est ecclesia: quia sacramentorū eius corporaliter participes fiunt. Illa eni et in talibus sancta sunt: et eis idigne tractantibus et sumentibus ad maius iudicium valebunt. Ipsi autem non sunt in illa ecclesie christi compage/ que in membris christi per connexum et contactū crescit in incrementum dei. Illa quippe ecclesia in petra est/ sicut dominus dicit: Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Illi autem in arena edificant/ sicut idem dominus dicit: Qui audit verba mea et non facit ea: similabo eum viro stulto qui edificat domum suam super arenam. Sed ne putes ecclesiam que in petra est/in vna parte esse terrarum/ et non diffundi vsq3 ad fines terre: audi eius vocem de psalmo gementis inter mala peregrinationis sue. Ait eni: A finibus terre ad te clamaui: dū angeretur cor meum in petra exaltasti me: Deduxisti me quia fact9 es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici. Uidete quemadmodum a finibus terre clamat. Non est ergo in sola aphrica/ vel solis aphris episcopum romā paucis montensibus/ et in hispaniā domui vnius mulieris ex aphrica mittentibus. Uidete quemadmodū in petra exaltetur. Non ergo in ea deputandi sunt omnes qui edificant in arena / id est qui audiunt verba christi et non faciunt: qui tamen et apud nos et apud vos

B Aug.
Gal. 5. d.
Matth. 25. d.
Col. 2. d.
C Matth. 16. c.
Matth. 7. d.
Ps. 60

habent ꝛ tradunt baptismi sacramentum. Videte quemadmodū spes eius deus sit pater et filius ꝛ spiritussanctus: non petrꝰ/ nō paulꝰ: quāto minꝰ donatꝰ aut petilianꝰ.
D Non ergo vestrum est quod destruere metuimus/ sed christi: quod ꝛ in sacrilegis per se sanctum est. Nam venientes a vobis recipere nō possumus/ nisi quod vestrum est destruamus: destruimus enī perfidiam desertoris/ non destruimus characterem imperatoris. Proinde tuipse considera et destrue quod dixisti: Ego inquis infectos illorū baptizo: illi meos quod absit recipiunt baptizatos: Tu enī nō infectos baptizas/ sed vt tui erroris fraude inficias rebaptizas: Nos autem non tuos recipimꝰ baptizatos/ sed destruimus errorem tuum vnde sunt tui: et suscipimus christi baptismum vnde sunt baptizati. Itaqꝫ oppoꝛtune in medio abs te positum ē/ quod absit: Dixisti enim: illi meos quod absit recipiunt baptizatos: Nam cum tu velles intelligi quod absit recipiunt/ timens ne tuos recipiamus: ego nescientē dixisse accipio meos quod absit. Reuera enī absit vt tui sint qui iam ad catholicam transeunt: nec sic transeunt vt baptizati nostri sint/ sed vt socij nostri sint: baptizati autem christi nobiscum sint.

Sancti augustini episcopi/ cōtra totam epistolā petiliani/ liber secundus explicit.

Eiusdem diui aurelij augustini contra cūcta ipsius petiliani scripta peruersa/ liber tertius incipit.

A Egi petiliane litteras tuas quando legere potui: quibꝰ te satis indicasti aduersus catholicam ecclesiam pro parte donati/ nec aliqd valuisse dicere idoneū/ nec tacere permissum: Quos estꝰ passus es/ quanta cordis tempestate fluctuasti/ cū legisses ea quibus parti epistolę tuę quę in manus meas tunc venerat/ quanta potui breuitate ac pspicuitate respondi. Vidisti enim tanta firmitate roboratā/ tanta luce illustratam/ quam tenemus et defendimus veritatem: vt quid contra eā dicendum esset quo conuicta refelleretur inuenire non posses. Attendisti etiā multorum qui ea legerant expectationem in te esse conuersam/ scire cupientiū quid diceres/ quid ageres/ qua euaderes/ quo ex tātis angustijs quibus te dei verbum circumuallarat erumperes. Hic tu qui debueras contempta opinione vanorū pergere/ in verā sanāqꝫ sententiā/ fecisti quod de talibus scriptura pꝛedixit: Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatē magis ꝙ loqui equitatem. Proinde si et ego tibi vellem pro maledictis maledicta rependere: quid aliud ꝙ duo maledici essemus: vt hi qui nos legerēt/ alij detestatos abijcerent sana grauitate: alij suauiter haurirent maliuola voluntate? Ego quando cuiqꝫ vel dicendo vel scribendo respondeo/ etiam contumeliosis criminationibus lacessitus/ quantum mihi dn̄s donat frenatis atqꝫ coercitis vanę indignationis aculeis/ auditori lectoriue consulens/ nō ago vt efficiar homini conuitiando superior: sed errorem conuincendo salubrior. Si enī qualecunqꝫ cor habent qui ea quę scripsisti considerant/ quid tibi pꝛofuit ad causam quę inter nos de cōmunione catholica vel de parte donati agitur/ qꝫ relicto negocio quodāmodo publico/ priuata quadam simultate hominis vnꝰ vitā/ maledicis opꝛobrijs insectatus es/ quasi homo ille sit causa quę inquiritur: tam male existimasti: non dicam de christianis/ sed de ipso humano genere: vt non crederes posse tua scripta in manus aliquorū venire prudentium/ qui se a personis nostris tollerēt: ꝛ questionem potius quę inter nos vertitur inquirerent: nec qui vel quales essemus/ sed quid pro veritate vel contra errorem diceremus attenderent: ꝛ horum iudicium tibi reuerendum fuit/ quorum repꝛehensio pꝛecauenda: ne te arbitrarentur nihil inuenisse quod diceres/ nisi tu proponeres cui quoquo modo maledicere. Sed videlicet quorundam leuitate atqꝫ vanitate qui libenter audiunt lites nugantium disertorum: vt cum attendunt ꝙ eloquenter conuitieris/ simul non intueātur ꝙ veraciter conuincaris. Simul et illud opinor egisti/ vt occupatus in ea defensione susceptā causam etiā ipse desererem: atqꝫ ira hominibus non ad disputandum/ sed ad litigandum verba conuersis obscuraretur ve

Ps. 51. (B) 1. Pet. 3. b. (C)

ritas quā dilucescere atq; innotescere for/
midatis. Ego itaq; contra tale consilium
quid agā/ nisi mea potius defensione ne/
glecta rem teneam/de qua intentionē me/
Ps̄.25. am nullus meus criminator excutiat: do/
mum dei mei/cuius decorem dilexi/preco/
nio seruientis vocis extollam: me vero hu/
Ps̄.83. miliabo et abijciam: Elegi enim abiectus
esse in domo dei mei/ magis ꝗ̄ habitare
in tabernaculis hereticorum. A te ergo pe/
tiliane sermonē paruꝑ auertā: ⁊ ad eos cō/
uertā q̄s a me maledictis tuis es conat⁹ auer
tere: quasi hoc ego moliar vt hoīes ad me
ꝯuertant: ⁊ nō poti⁹ mecū ad deū. Ca.II.
A Audite ergo quicunq; maledicta le
a gistis: que in me iratior ꝗ̄ conside/
ratior petilianus euomuit: Prius
vos apostolicis verbis alloquor/ que cer/
1.Cor.4.a. te qualiscūq; ipse sim vera sūt: Sic nos exi
stimet homo quasi ministros christi/ et dis/
pensatores ministeriorum dei. Hic iā que/
ritur inter dispēsatores vt fidelis quis in/
ueniatur: Mihi autem minimū est vt a vo
bis dijudicer aut ab humano die: sed neq;
ego meipsum iudico. Iam quod sequitur
et si mihi non audeo coaptare/ vt dicam:
Nihil eñ mihi conscius sum: fideliter tñ in
ꝯspectu dei dico: nihil eoꝝ quib⁹ petilian⁹
tp̄s vite mee posteaꝗ̄ in christo baptiçat⁹
sum criminatus est/mihi conscius sum: nec
tamen in hoc iustificatus sum: Qui aūt di/
iudicat me dn̄s est. Itaq; nolite ante tem/
pus quēꝗ̄ iudicare/donec veniat domin⁹/
et illuminet abscondita tenebrarū/ et ma/
nifestabit cogitationes cordis: ⁊ tunc laus
erit vnicuiq; a deo. Hec autē fratres trans/
figuraui in me/ne supra ꝗ̄ scriptū est/vnus
B pro altero infletur aduersus alterū. Itaq;
1.Cor.3.d. nemo glorieť ī hoīe: oīa eñ vestra sūt: vos
autē christi: christus vero dei. Iterum re/
peto: Nemo glorietur in hoīe: si quid in vo
bis laudabile aduertitis/ ad illius laudem
Iaco.1.c. referte/ a quo est omne datum optimū/ et
omne donū perfectū: desursum est eñ de/
scendens a patre luminū: apud quē nō est
īmutatio/nec momēti obumbratio. Quid
1.Cor.4.b. eñ habemus quod nō accepimus? Si aūt
accepimus/nō gloriemur quasi nō accepe/
rimus. Et in his om̄ibus quecūq; in nobis
bona nostis/ imitatores nostri estote sicut
nos christi. Si autē aliqua mala in nobis
suspicamini vel creditis vel videtis: reti/
nete illud dominicū quo securi eius eccle/
siā/nō ꝓpter mala hominū deseratis: Que Matth.23.a.
dicim⁹ facite: que autē mala nos facere pu
tatis aut nostis/nolite facere. Nō eñ tem/
pus est purgandi me vobis: cū mea causa
neglecta rem vobis salubrem cōmendare
susceperim: vt nemo glorietur in homine: 1.Cor.3.d.
Maledictus eñ omnis qui spem suā po/ Hiere.17.a.
nit in homine. Hoc ꝑcepto dn̄ico et apo/ C
stolico retēto atq; seruato/ etiā me in mea
causa sicut inimicus existimari cupit/ defi/
ciente et oppresso/ victrix erit causa cui ser/
uio. Si eñ firmissime tenueritis quod ex/
hortor/ et satago maledictum esse omnem
qui spem suam ponit in homine: vt nemo
glorietur in homine/areā dominicā ꝓpter
paleam que nūc vel vento suꝑbie percus/ Matth.3.⁊.13
sa volat/vel vltima ventilatione separabi
tur/nullo modo deseretis: nec domū ma/ 2.timoth.2.d
gnam ꝓpter vasa facta in contumeliā refu
gietis: nec ꝓpter malos pisces in litore se/ Matth.13.f.
parados ꝑ dirupta retia exibitis: nec pro/
pter hedos pastore diuisuro ad sinistrā po Matth.25.c.
nēdos bona vnitatis pascua relinquetis:
nec ꝓpter cōmixta çiçania vos a tritici so/ Matth.13.d.
cietate/cui caput est granū illud mortifica/ Ioh.12.d.
tum ⁊ multiplicatum/et que ꝑ mundum si/
mul vsq; ad messem crescit/ nefaria decisi/
one sepabitis. Ager ē eñ mūd⁹/nō aphrica: Matth.13.e.
Messis finis seculi/nō tp̄s donati. Ca.III
Has certe similitudines euāgelicas re/ A
b cognoscitis ad q̄d aliud datas nisi
vt nemo gloriet in hoīe: ⁊ ne q̄s ꝓ al
tero inflatus aduersus alterū diuidat/ di/
cens: Ego sum pauli: cū vtiq; non paulus 1.Cor.1.b.
crucifixus sit ꝓ vobis: nec ī nomine pauli:
quanto minus in nomine ceciliani vel cu/
iusꝗ̄ nostrū baptiçati sitis: vt discatis ꝗ̄diu
palea cū frumento trituratur/ ꝗ̄diu pisces
mali cum bonis intra retia dominica na/
tant/ante tēpus ventilationis tolerare po
tius propter bonos cōmixtionem malo/
rum/ ꝗ̄ violare propter malos charitatem
bonorum. Hec quippe cōmixtio non eter/
na sed temporalis/nec spiritalis sed corpo/
ralis est: In qua nō errabunt angeli quan
do colligent malos de medio iustorum: et
mittēt eos in caminū ignis ardentis. No/ 2.timoth.2.c.
uit eñ dominus qui sunt eius: Et si ab ini/
quis ad tempus corporaliter nō potest/re/
cedat tamen ab ipsa iniquitate oīs qui no
minat nomē dn̄i: Licet eñ a malis interim

vita/moribus/corde ac voluntate separari atq; discedere: que separatio semp oportet custodiatur: Corporalis autem separatio ad seculi finem/fidenter/patienter/fortiter expectetur: pter quam expectationem dictum est: Sustine dominu/ viriliter age: confortetur cor tuum/ ꝛ sustine dominu. Maxima quippe palma tolerantie est inter subintroductos falsos fratres: sua querentes non que iesu christi: dilectione non sua querentium / sed que iesu christi: nulla turbulenta et temeraria dissensione turbare: nec vnitate sagene dominice ex omni genere piscium congregantis/ dum ad litus / id est ad finem seculi ducitur superbe nefaria contentione dirumpere / cum se putat quisq; aliquid esse cum nihil sit: atq; ita seipsum seducit: et sufficere vult ad populorum christianoru separationem/ suu vel eorum iudicium/qui malos quosdam comunione sacramentorum christiane religionis indignos se apertissime nosse dicunt: de quibus tamen quicquid nosse se dicunt vniuerse ecclesie que p omnes gentes sicut est predicta diffunditur/persuadere no possunt. Et cum istorum quasi quos nouerut/ refugiunt comunione/ illius deserunt vnitatem/ cum potius deberent si esset in eis charitas omnia sufferens: ne se a bonis diuiderent quos in omnibus gentibus aliena mala docere non poterat/ipsi in vna gente tolerare quod nouerant: Unde etia no discussa causa in qua documentis grauissimis conuincuntur calumniati innocentibus probabilius credunt traditioe criminia falsa finxisse/qui non dubitauerunt longe sceleratius crime nefarie diuisionis admittere. Quia et si veru esset quicquid de traditione iactauerut: tame consortiu christianoru quos vsq; ad extrema terre diuina scriptura comendat/ pter hoc quod ipsi sciverut/illi aut nescierut/relinquere nullo mo debuerunt. Ca. IIII.

N Ec hoc ideo dixerim vt negligatur ecclesiastica disciplina / et permittatur quisq; facere quod velit sine vlla correptione/ et quada medicinali vindicta/ et terribili lenitate / et charitatis seueritate: Nam vbi erit illud apostoli: Corripite inquietos/cosolamini pusillanimes/ suscipite infirmos/patientes estote ad omnes: Uidete ne quis malum p malo reddat alicui: satis ostedit no esse malum pro malo redditione corripe inquietos: quis pro culpa inquietudinis reddatur pena correptionis. Non ergo malum est correptionis pena/cum sit malum culpa: Neq; enim ferrum est inimici vulnerantis/ sed medici secantis. Fiunt ista in ecclesia/et ille spiritus interioris lenitatis ardet zelo dei: ne virgo casta vni viro desponsata christo/in aliquibus mebris/ sicut eua seducta serpetis astutia/corrupatur a castitate que est in christo. Uerutamen absit a seruis patrisfamilias/vt immemores sint precepti dni sui: et sic aduersus zizaniorum multitudine flagrantia sancte indignationis ignescant: vt cum ea volunt ante tempus colligere/ simul eradicetur et triticu. Cuius peccati isti rei tenentur/etiam si vera crimina traditoribus quos insimulabat se obiecisse monstrarent: quonia simul non solu ab iniquis quorum societate velut euitabat: sed etia a bonis fidelibus in omnibus gentibus costitutis/quibus ea que se nosse dicebat: probare no poterant/impia psumptione separati sunt: secumq; multos apud quos aliq auctoritate preualebant: et qui minus intelligere poterant/vnitate ecclesie toto orbe diffuse/pro alienis peccatis nullo modo esse deserendam/traxerunt in eandem perniciem: vt etiam si ipsi scirent vera crimina quibusdam se obijcere/eo modo periret infirmus in eoru scientia/ pter quem christus mortuus est/ du offensus malis alienis/interimebat in se bonu pacis quod habebat cum fratribus bonis: qui partim talia non audierant: partim no discussa ꝛ no probata temere credere formidauerat: partim iudicibus ecclesiasticis ad quos tras mare tota causa pducta e / quatacuq; illa ecne pacifica humilitate reliquerant. Ca. V.

V Os ergo sancta germina vnice matris catholice/huiusmodi sceleris ꝛ erroris exemplu/subditi dno/quata potestis vigilantia pcauete: quantalibet doctrine ac fame luce pfulgeat/ lapidemq; se esse iactet preciosum/quisquis vos trahere voluerit post seipsum/ mementote q illa mulier fortior vna vni amabilis viro suo: qua in vltimo puerbiorum scta scriptura describit/preciosior e lapidibus preciosis. Nemo dicat: illu sequar/ quonia ipse me christianum fecit: aut illu sequar/quoniam me

Marginalia: Ps. 26. (at "nem dictum est"); B (at "nu. Maxima"); Gal. 2. a. (at "inter subintroductos"); Phil. 2. c. (at "rentes non que"); Matth. 13. f. (at "bare: nec vnitate"); Gal. 6. a. (at "putat quisq;"); A (at "Nec hoc ideo"); 1. thessal. 5. c. (at "ueritate: Nam vbi"); 2. Cor. 11. a. (at "go casta vni viro"); B (at "stutia"); Matth. 13. d. (at "et sic aduersus"); 1. Cor. 8. d. (at "quibusdam se obijcere"); Prouerb. vlt. (at "la mulier fortior")

1.Cor.3.b. baptizauit: Neq3 q plātat est aliquid/ neq3 qui rigat: sed qui incrementū dat deus.
1.Joh.4.c. Et deus charitas est: ꝛ qui manet in charitate in deo manet/ ꝛ deus in illo manet. Nullus etiā predicās nomen christi/ et gestans ac ministrās sacramentū christi/ sequēdus
Gal.6.a. est contra vnitatē christi. Opus suū pbet vnusquisq3 ꝛ tūc in seipso tm̄ gloriam habebit ꝛ non in altero. Unusquisq3 enī propriū onus portabit: onus videlicet reddē-
Ro.14.b. de rationis: q2 vnusquisq3 nostrū p se rationē reddet: Nō vtiq3 amplius inuicē iudicemus. Nā quantū attinet ad onera mutue charitatis/ inuicē onera vestra portate: ꝛ sic
Gal.6.a. adimplebitis legē christi. Qui enī putat se esse aliquid cū nihil sit/ seipsū seducit. Suf-
Eph.4.a. feramus ergo inuicē in dilectione/ satagētes seruare vnitatē spūs in vinculo pacis:
Matth.12.c. extra quā quisq3 colligit/ nō cū christo colligit: quisquis autē non cū christo colligit/ spargit. Ca. VI.

A Proinde siue de christo/ siue de eius ecclesia/ siue de quacunq3 alia re q̄ ptinet ad fidē vitāq3 nostrā: nō dicā nos nequaq3 compandi ei qui dixit: Licet si nos: sed omnino quod secutus adiecit:
Gal.1.b. Si angelus de celo vobis annūciauerit p̄terq3 qd in scripturis legalibus ꝛ euāgelicis accepistis/ anathema sit. Hec vobiscū ꝛ cū omnibus quos christo lucrari cupimus actitantes: atq3 inter cetera sanctā ecclesiā quā in dei litteris pmissā legimus: et sicut pmissa est in oībus gētibus reddi cernimus/ p̄dicātes ab his quos ad eius pacificum gremiū attrahi cupimus/ p actione gratiarū flāmas meruimus odiorū: quasi nos eos in ea pte ligauerimus/ p qua nō inueniūt quid loquantur: aut uos mādauerimus tāto añ pphetis et aplis: vt in libris suis nulla testimonia ponerēt/ quibus ps donati ecclesia christi esse doceat. Et nos quidē charissimi/ cū

B falsa crimina audimus ab eis quos offēdimus/ p̄dicando eloquia veritatis/ ꝛ erroris vaniloquia ꝯuincendo/ habemus sicut nostis abūdantissimā consolationē: Nā si in eis quibus me criminanē/ testimoniū ꝯsciētie mee nō stat ꝯtra me in ꝯspectu dei/ quo nullus oculus mortalis intendit: non solū contristari nō debeo/ verumetiā gaudere ꝛ
Matth.5.b. exultare/ q2 merces mea multa est in celis. Neq3 enī intuendum est q3 sit amarum/ sed q3 falsum quod audio/ ꝛ q3 verax p cuius nomine hec audio: et cui dicit: Unguentum Cant.1.a. effusum est nomen tuū. Et merito fragrat in oībus gentibus: cuius odore isti qui nobis maledicūt/ in vna aphrice pticula conātur includere. Cur itaq3 feramus indigne q3 nos infamant/ q̄ glorie christi sic detrahūt: quorū parti ꝯtentioniq3 inimicū est/ qd de illius ad celos ascēsione/ et de nominis eius tanq3 vnguēti effusione/ tāto añ p̄dictū ē:
Exaltare sup celos deus/ ꝛ sup omnē terrā Ps.107. gloria tua. Ca. VII.

A Ec et talia testimonia diuina nos aduersus humana vaniloquia pferentes/ ab inimicis glorie christi acerba opprobria sustinemus. Dicant qd volūt/ dū ille nos exhortetur dicēs: Beati q̄ psecuti- Matth.5.a. onē patiunē ppter iusticiā: q2 ipsorū est regnū celorū. Beati eritis cū vos psecuti fuerint hoīes/ ꝛ maledixerint vobis/ ꝛ dixerint oē malū aduersū vos mētiētes ppter me. Qd ait supius/ ppter iusticiā: hoc repetiuit
1.Cor.1.d. qd ait postea/ ppter me: q2 factus est nobis sapiētia ꝛ iusticia ꝛ sāctificatio et redēptio: Hiere.9.g. vt queadmodū scriptū ē: Qui gliat in dño glorieē. Qui cū dicat/ Gaudete ꝛ exultate: Matth.5.b. merces enim vestra multa est in celis: si qd dictū est/ ppter iusticiā ꝛ ppter me/ in bona ꝯsciētia teneo: quisq̄s volens detrahit fame mee/ nolens addit mercedi mee: Neq3

B enī me ille suo v̄bo tm̄modo docuit/ nō etiam suo firmauit exemplo: Seq̄re sanctarū scripturā fidē: inuenies christū resurrexisse a Marci.16.b. mortuis/ ascēdisse in celū/ sedere ad dexterā patris. Sequere criminationes inimicorū: iā putabis eū d̄ sepulchro furatū esse a dis- Matth.28.c. scipulis. Quid ergo nos quantū ipse donat defendētes/ donū eius ab inimicis eius aliud sperare debemus? Si patrēfamilias be- Matth.10.c. elzebub vocauerūt: quāto magis domesticos eius? Si q̄ toleramus/ ꝛ ꝯregnabimus. 2.Timoth.2.c. Si autē nō aurē solā pcutit iracūdia criminātis/ verumetiā ꝯscientiā mordet veritas criminis: quid mihi prodest si me cōtinuis laudibus totus mūdus attollat? Ita nec malā conscientiā sanat p̄conium laudantis: nec bonam vulnerat conuitiantis opprobriū.

C Nec sic tamē decipiē spes vestra que i domino est/ etiam si forte in occulto tales simus/ quales nos putari cupit inimicus: q2 nō eam posuistis in nobis: necvnq3 hoc audistis a nobis. Securi ergo estis qualescūq3 nos simus/ qui dicere didicistis: In dño Ps.25.

Ps.117. sperans nō infirmabor: Et in domino sperabo non timebo quid faciat mihi homo. Et eis qui vos ad hominum superborum terrenas altitudines seducere moliuntur/
Ps.10. respondere nostis: In domino cōfido quomodo dicitis animę meę: trāsmigra/ in mōtem sicut passer. Ca. VIII.

A Et tñ vos quib⁹ in nobis ipsa christi veritas placet/ quantumcunq̧ p nos z vbicunq̧ p̄dicatur: et quia eā quātulocunq̧ nostrę linguę ministerio libēter auditis/ etiam de nobis bene benigneq̧ sentitis: securi estis qualescūq̧ nos simus: quia in illo spes vestra est/ quem vobis ex illius super vos misericordia prędicamus: verumetiam quicunq̧ nostra dispensatione etiā sacramentū sancti baptismi pcepistis: eadē securitate gaudete: quoniā nō in nobis/ s̄ i christo baptizati estis.
Gal.3.d. Non itaq̧ nos/ sed christum induistis: nec vos interrogaui/ vtrum ad me conuertere/mini/ sed ad deum viuum: nec vtrū in me crederitis/ sed in patrem z filium et spiritumsanctū. Qđ si veraci animo respondi/
1.Pet.3.d. stis: saluos vos fecit: non carnis depositio sordiū/ sed conscientię bonę interrogatio: nō conseruus sed dominus: non pręco sed
B iudex. Neq̧ em̄ uero sicut petilianus incōsiderate dixit: Conscientia dantis: vel qđ addidit: conscientia sancte dantis attēditur/ quę abluat accipientis. Cū em̄ hoc datur quod dei est sanctum/ dat etiam nō sancta cōsciētia: Quę certe siue sit sancta siue non sancta/ ab accipiente inspici nō potest: sed plane illud quod daṫ/ potest quod cognitū ei qui semp est sanctus/ p quēlibet ministrū accipiaṫ/ securissime accipiaṫ. Nisi em̄ sancta verba essent ex cathedra moy/
Matth.23.a. si/ non diceret veritas: Quę dicunt facite. Si aūt ipsi qui vera sctā dabant sancti essent/ non diceret: Quę faciunt facere nolite: dicūt em̄ z non faciūt. Nullo quippe mō
Matth.7.c. legiṫ vua de spinis: quia nunq̄ de spinarū radicibus oriṫ: sed cū se spinosis sepib⁹ palmes vitis implicauit: nō ideo fruct⁹ qui illic pendet horreṫ/ sed spina cauetur/ vua decerpitur. Ca. IX.

Taq̧ vt sępe dixi z vehemēter inculco/ qualescūq̧ nos simus/ securi estis qui deū patrē et eius ecclesiā
Matth.25.c. matrē haberē. Quis em̄ simul hędi cū ouibus pascanṫ/ nō stabūt ad dexterā: Quis simul palea cū tritico tritureṫ/ nō intrabit Matth.13. in horreū: Quis simul pisces mali cū bonis intra retia dñica natant/ non mittunṫ in vascula. Nemo glorieṫ nec i hoīe bono: nemo bona dei fugiat necl homine malo.

ue/quid ei futurum esset expectans: alteri/
us significationis personā pphета gesta/
bat. Prefigurabat eñ carnalē populū is/
rael: Nam huic erat et tristicia de salute ni/
niuitarū/ hoc est de redemptione et libera/
tione gentium. Unde venit christus voca/ Luc.5.f.7
re/non iustos sed peccatores in penitenti/
am. Umbraculū ergo cucurbite super ca/ Ione.4.c.
put eius/ pmissiones erant veteris testa/
menti/vel ipsa iā munera/in quib⁹ erat vti/
q̄ (sicut dicit apls) vmbra futurorum/ tanq̄ Col.2.d.
ab estu temporaliū malorum in terra pmissi/
onis defensaculū phens. Uermis aūt ma/ Ione.4.c.
tutin⁹ q̄ rodente cucurbita exaruit/idē ipse
rursus christ⁹ occurrit: ex cui⁹ ore euangelio
diffamato/ cūcta illa que tēporaliter apud
israelitas velut vmbratili prius significa/
tione viguerū̄t/euacuata marcescū̄t. Et cū/
ct⁹ ille pp̄ls amisso hierosolymitano regno/
et sacerdotio et sacrificio (quod totū vmbra
erat futuri in captiua dispersione) magno

estu tribulationis aduritur/ sicut ionas: quod scriptum est: a solis ardore/ et dolet grauiter: et tamen dolori eius atq; vmbre quam diligebat/ salus gentium penitentiumq; preponitur. Adhuc cachinnent pagani: et iam vermẽ christum/ et hanc interpretationem ꝓphetici sacramenti superbiore garrulitate derideant: dum tamen et ipsos sensim paulatimq; consumat. Nam de omnibus talibus esaias ꝓphetat/ per quẽ nobis dicit deus: Audite me qui scitis iudicium populus meus/ in quorũ corde lex mea est: Opprobria hominũ nolite metuere: et detractione eorum ne superemini: nec q vos spernãt magnidu xeritis: Sicut eñ vestimentũ/ ita per tempus absumentur: et sicut lana a tinea comedentur: iusticia autem mea in eternum manet. Nos ergo agnoscamus vermẽ matutinũ: quia et in illo psalmo cuius titulus inscribitur: Pro susceptione matutina: hoc se ipso nomine appellare dignatus est: Ego inquit sum vermis et nõ homo: opprobriũ hominũ et abiectio plebis. Hoc opprobrium de illis opprobrijs est/ que iubemur non metuere/ per esaiam dicentẽ: Opprobria hominũ nolite metuere. Ab isto verme tanq̃ a tinea comedũtur/ qui sub eius dente euangelico/ per singulos dies paucitatem suam deficiendo minorãtur. Nos hunc agnoscamus: et pro salute diuina humana opprobria sufferamus. Uermis est propter humilitatem carnis: fortassis etiam ꝓpter virginis partum: Nam hoc animal plerũq; de carne/ vel de q̃cunq; re terrena/ sine vllo concubitu nascitur. Matutinus ẽ: quia diluculo resurrexit: Poterat vtiq; illa cucurbita et sine vllo vermiculo arescere. Postremo si habebat de' adhuc vermẽ necessarium/ quid opus erat addere matutinũ: nisi vt ille vermis agnosceretur/ qui cantat pro susceptione matutina: Ego autẽ sum vermis et nõ homo? Quid ista prophetia/ iam ipso rerum effectu et adimpletione lucidius? Si irrisus est vermis iste cum penderet in cruce/ sicut in eodem psalmo scriptum est: Locuti sunt labijs et mouerunt caput: Sperauit in deũ/ eruat eum: saluũ faciat eum quoniã vult eum. Cum completa sunt que p̃dixit: Foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt oĩa ossa mea: Ipsi vero cõsiderauerunt et conspexerunt me: diuiserũt sibi vestimenta mea: et super vestem meã miserunt sortem: quod tanta manifestatione futurum in libro antiquo ꝓphetatur: quanta manifestatione factũ in nouo euãgelio recitat. Sed si in hac humilitate (vt dicere ceperam) iste vermis irrisus est: nũquid adhuc irridendus est/ cum ea compleri cernimus/ que consequentia psalm' ipse habet: Cõmemorabunt et conuertẽtur ad dominũ/ vniuersi fines terre: Et adorabũt in conspectu eius/ vniuerse patrie gentiũ: Quoniã domini est regnum: et ipse dominabitur gentiũ? Sicut cõmemorati sũt niniuite/ et conuersi sunt ad dominũ. Hanc salutem penitentie gentiũ/ tanto ante prefiguratam in iona/ dolebat israel: sicut nunc dolet vmbra nudatus et estu sauciatus. Liceat sane cuilibet quamlibet aliter/ dum tamen s̃m regulam fidei/ cetera omnia q̃ de iona ꝓpheta mysterijs operta sunt/ aperire. Illud plane q in ventre ceti triduo fuit/ fas nõ est aliter intelligere: q̃ ab ipso celesti magistro in euangelio cõmemorauimus reuelatũ. Proposita exposuimus vt potuimus: Sed ille qui proposuit/ iam sit christianus: ne forte cũ expectat ante librorum sanctorum finire questiones/ prius finiat vitam istã/ q̃ transeat a morte ad vitam. Fieri eñ potest/ q anteq̃ christianis sacramẽtis imbuatur/ querit de resurrectione mortuoꝝ. Concedendũ etiam fortassis quod de christo quesiuit/ cur tanto post venerit: vel si que sunt alie pauce et magne questiones/ quibus cetera inseruiũt. Si autem qualis est illa: In qua mensura mensi fueritis/ metiet vobis: Uel qual' ista de iona: etiã omnes tales anteq̃ sit christian' finire cogitat: pparũ cogitat vel conditionẽ humanã/ vel etatem iam suã. Sunt eñ innumerabiles que nõ sunt finiende ante fidem/ ne finiatur vita sine fide. Sed plane retenta iam fide/ ad exercendã piam delectationem mentium fideliũ studiosissime requirende/ et quod in eis eluxerit / sine typo arrogantie cõmunicandũ: quod aũt latuerit/ sine salutis dispendio tolerandũ.

Margin notes: D; E; Esa. 51. c.; Ps. 21.; Ad te domini E; Jone. 2. a.; Matth. 12. c.; Matth. 7. a.

Sancti augustini epi/ liber de sex questionibus cõtra paganos expositis/ explicit.

Argumentū

Diui aurelij augustini hipponē sis episcopi in libros de peccato/rum meritis et remissione :.et de baptismo paruulorꝫ ad marcelli/nū/ex secūdo libro retractationū argumentum.

A 2. Retract. ca.33. V Enit etiā necessitaſ que me cogeret aduersus nouā pelagianā heresim scribere:ꝯtra quā ꝑus cū opus erat nō scriptis sed sermonib⁹ et collocutiōibus agebamus vt quisqꝫ poterat aut debebat. Missis ergo mihi a carthagine q̃stionibus corꝫ/quas rescribēdo dissoluerā:scripsi pri/mū libros tres/quorꝫ titulus est:De pctōrꝫ meritis ꝛ remissione: vbi maxime disputaſ de baptismate paruulorū ꝓpter originale peccatum:et gratia dei qua iustificamur.i. iusti efficimur:q̃uis i hac vita nemo ita ser/uet mandata iusticię/vt nō sit ei necessariū
Matth.6.c. ꝓ suis peccatis orando dicere: Dimitte no bis debita nostra: ꝯtra quā omīa sentiētes illi nouā heresim cōdiderūt. In his autē li/bris tacenda adhuc arbitrat⁹ sum nomina corꝫ/ sic eos facilius posse corrigi sperans: Immo etiā i tertio libro/ q̃ ē epl'a/ ſ in libris habita ꝓpter duos q̄bus eam cōnectendā putaui : pelagij ipsius nomē nō sine laude aliqua posui:quia vita eius a multis ꝑdi/cabatur:ꝛ eius illa redarguit/q̄ in suis scri/ptis:nō ex ꝑsona sua posuit:ſ q̄d ꝛ ab alijs dicereſ exposuit:quę tñ postea iā hereticus ꝑtinacissima animositate defendit. Celesti⁹ vero discipulus eius iam ꝓpter tales asser/tiones apud carthaginē in episcopali iudi/
Al. hʒ † non cio: vbi ego † interfui / excōmunicationem
B meruerat. In secūdo libro i q̄dam loco: hoc
2. de pctōrum meritis et re/missiōe ca.31. q̄busdaꝫ inqꝫ in fine largietur/ vt mortē re/pentina cōmutatione nō sentiant/seruans locū diligentiori de hac re inq̄sitioni. Aut eñ nō morienſ:aut de vita ista in mortē/et de morte in ęternā vitā celerrima cōmuta/
1. Cor.15.g. tione tāqꝫ in ictu oculi mortē nō sentiāt.

Capitulorꝫ primi libri de pecca torum meritis ꝛ remissione sancti augustini recollecta annotatio.

Annotatio capitulorū

1 Q; licet augustin⁹ curarū estib⁹ deten/tus:tamen amore marcellini tractus quęstiones q̄s ei scribendo indixerit ꝓ virib⁹ eas dissoluere polliceſ.
2 Utrum si adam nō peccasset/habuisset necesse mori.
3 Q; corpus adę sine defectu annosum/ immortalitatē sine morte media atti/gisset:probat exemplis.
4 Q; gen⁹ humanū nō tñ spūs/ sed etiā corporis mortem ꝓpter peccatū me/ruerit:probat auctoritatibus.
5 Q; corp⁹ anteqꝫ muteſ in incorruptio/nem:q̄ in resurrectione sanctorū pro/mittiſ:poterit esse mortale/q̄uis non moriturū : secus autem postea.
6 Quō intelligaſ illud dictum apostoli: Mortificate membra vestra quę sunt super terram ꝛc̄.
7 Q; corp⁹ adhuc peccati meritū gerat: q̄uis ꝓpter iusticiā fidei spiritus vi/uere iam cęperit.
8 Dicta ꝑcedentis capituli probat alijs auctoritatibus.
9 De opinione illorū/ q̄ dicūt peccatū nō ꝓpagatione sed imitatione in alios homines ex primo homine trāsisse:et eius improbatio.
10 Quomodo et a quo et sub q̄ lege homi/nes iustificentur.
11 Quid sit regnum mortis:ꝛ quō ꝑ christi gratiā destruiſ in filijs adā.
12 Q; pctm̄ nō intrauerit ꝑ imitationē:cū ꝛ in paruulis inueniaſ/ ꝓbaſ.
13 Q; nō ita in vno peccauim⁹ sicut in vno iustificationē cōsequimur.
14 Quid iustificatio sit ꝛ a q̄ dari possit.
15 A sufficiēti diuisione ꝓbat pctm̄ nō in/trasse ꝑ ꝓpagationē:ꝛ quō generatio carnalis a spiritali differat.
16 De paruulorꝫ dānatione ꝛ sequelis pec cati originalis cōmissi ꝑ ꝑmū hoiem siue adā siue eua dicaſ.
17 Q; dicētes paruulos ꝓpter pctā ꝓpria dānādos/ redargutiōe digni sint.
18 Q; illi q̄ dicūt paruulos nō ꝓpter pec/catū sed spiritalis regenerationis gra/tia baptiçandos/arguendi sint.
19 Q; nō sint ideo paruuli baptiçādi quia iusti nō sint:ꝛ quō fideles ꝛ pęnitētes dicendi sint.
20 De fructu baptismi puulorꝫ:sed ꝛ neces/sitate eiusdē ad vitā eorūdē spiritalē.
21 Q; ab ira dei sola gratia liberat quam deus dat cui vult et ſm inscrutabilia iudicia sapiētię eius.
22 De opinione illorū q̄ dicūt/qꝫ alę prius in cęlesti habitatione peccātes grada tim atqꝫ paulatim ad suorꝫ meritorū corpora veniāt:ac pro antegesta vita magis minusue corporeis pestib⁹ af/fliganſ:ꝛ illius improbatio ꝛ de mo/tione exemplū.
23 Q; ab ira dei cui⁹ naturaliter filij sum⁹ nō liberat nisi agn⁹ dei q̄ tollit pecca/

ta mundi:qui ⁊ infantum saluator et liberator est.

24 Q᷑ punici christiani optime baptismū salutē / ⁊ sacramentū corporis christi vitā vocāt:sine quibus neminē posse saluari ꝓbat auctoritatibus.

25 De opinione illoꝝ qui putāt paruulos mox natos illuminari: ⁊ exponit̄ illa auctoritas:Qui illuminat omnē hominē venientē in hūc mūdū.

26 Ad quid dñs noster iesus christus venerit in hūc mundū.

27 Testimonia scripturaꝝ / q᷑ dñs noster iesus christ⁹ / nō venit in mundū nisi vt peccatores saluos faceret.

28 Q᷑ nemo merito innocētię suę nisi baptiçatus veniat in vitā ęternā: ⁊ sicut de carne pcti oēs nascimur / sic mūdamur oēs p carnē similē carne peccati.

29 Q᷑ bonū cōiugij nō est feruor ꝯcupiscētię:sed licitus illo feruore vtendi modus / ꝓpagandę proli nō explendę libidini accōmodatus: ⁊ quō bono vti male malū / ⁊ malo bene vti sit bonū.

30 Q᷑ intratur⁹ regnū dei necessario ē denuo nascendus vt renouet̄ a vetustate. Et ad longū recitat̄ euāgelij lectio ð nicodemo nocte ad christū veniēte.

31 Quomō deus ⁊ hō vnus ē christ⁹:et de christi mystica incorporatione.

32 De salute hoim cōsequēte serpētis exaltationem in deserto: ⁊ christi fructuosissimā passionē.

33 Q᷑ paruuli nō baptiçati iudicantur et pereūt atq̧ i tenebris manēt / ad lucē q̄ christus est nō pueniunt.

34 Arguit tā opinionez illorū qui puulos omnino a peccato originali et ꝓprio liberos esse defendūt / q̄ȝ istoꝝ q̄ iā natos ꝓpria putant cōtraxisse peccata ⁊ nō baptiçandos.

35 Q᷑ sic euidēs sit paruuloꝝ regeneratoꝝ innocētia / vt et actuale nullū pctm̄ in eis valeat dep̄hendi / q̄uis aliq̄n conuitijs vtant̄ in parentes.

36 De ignorātię tenebris in paruulis.

37 Q᷑ si natura pura nō sit sed vitiosa primordia / q̄r talis non est creatus adā: cur christ⁹ sine vllo peccato natus ex virgine in hac infirmitate ⁊ ętate procreatus apparuit.

38 De miseria paruulorū in comparatione ad pullos alioꝝ animaliū.

39 Quomō euacuet̄ pctm̄ per baptismū in paruulis similiter ⁊ in adultis: ⁊ quid inde cōsequant̄ vtilitatis.

Eiusdem diui aurelij augustini hipponēsis epi de peccatorū meritis ⁊ remissione: et de baptismo paruulorum ad marcellinū liber primus incipit.

Q᷑ licet augustinus curarū ęstibus detentus:tamen amore marcellini tractus / quęstiōes quas ei scribēdo indixerit / ꝓ viribus eas dissoluere pollicetur: Ca.i.

q

Uamuis in medijs ⁊ magnis curarum ęstib⁹ atq̧ tędioꝝ / quę nos detinēt a peccatorib⁹ derelinquētib⁹ legem dei: licet ea q̄ȝ ipsa nostr oꝝ etiaȝ peccatorū meritis imputemus : studio tamen tuo marcelline charissime / q̄ nobis es gratior atq̧ iocūdior / diutius esse debitor nolui:atq̧ vt veruȝ dicā / non potui. Sic em̄ me cōpulit vel ipsa charitas / q̄ in vno incōmutabili vnū sum⁹ in meli⁹ cōmutādi:vel timor / ne in te offenderez deū / q̄ tibi desideriū tale donauit:cui seruiēdo illi seruiam / qui donauit: Sic inq̄ȝ me compulit:sic duxit ⁊ traxit ad dissoluendas ꝓ tantillis virib⁹ quęstiones / quas mihi scribendo indixisti:vt ea causa in animo meo paulisp vinceret alias: donec aliquid efficerē quo me bonę tuę volūtati et eoꝝ q̄bus hęc curę sunt / etsi nō sufficienter / tamē obedienter deseruisse cōstaret.

Utrum si adam nō peccasset habuisset necesse mori: Ca.ii.

q

Ui dicūt adam sic creatū / vt etiā sine peccati merito moreret̄ / non pęna culpę sed necessitate naturę: A
ꝑfecto illō qō in lege dictū est:Qua die ederitis / morte moriemini:nō ad mortē corpo- Gen.2.c.
ris / sed ad mortez animę quę in peccato sit
referre conant̄. Qua morte mortuos signi-
ficauit dñs infideles de q̄b⁹ ait: Sine mor- Math.8.c.
tuos sepelire mortuos suos. Quid ergo re- Luce.9.g.
spondebunt:cū legit̄ hoc deū primo homi-
ni etiā post pctm̄ increpādo ⁊ dānando di-
xisse: Terra es: ⁊ in terrā ibis. Neq̧ em̄ sm̄ Gen.3.d.
animā / sed qō manifestū est sm̄ corpus terra erat: ⁊ morte eiusdē corporis erat iturus in terrā. Quis em̄ scdm corpus terra esset: et corpus in q̄ creatus est animale gestaret: tamē si nō peccasset in corpus fuerat spiritale mutādus:et in illā incorruptionē q̄ fidelib⁹ ac sanctis ꝓmittit̄ / sine mortis periculo trāsiturus. Cui⁹ rei desideriū nos habere nō solum ipsi sentim⁹ in nobis:verum B

etiā admonēte aplo cognoscimus/ vbi ait:
2. Cor. 5. a. Etenī in hoc ingemiscim⁹ habitaculū nr̄m: qđ de celo est/ supinduí cupientes: si tamē induti/ nudi nō inueniamur. Etenī qui sumus in hac habitatione ingemiscimus grauati/ in quo nolum⁹ expoliari s̄ supuestiri: vt absorbeat mortale a vita. Proinde si nō peccasset adam: nō erat expoliādus corpore/ sed supuestiendus imortalitate/ z incorruptione: vt absorberet mortale a vita. i. ab animali in spiritale trāsiret.

Cur corpus ade sine defectu annosū/ imortalitatē sine morte media attigisset: pbat exēplis: Ca. III

A Neqz enī metuendū fuit: ne diū fortē diutius hic viueret in corpore animali senectute grauaret: z paulatim veterascendo pueniret ad mortē. Si
Deut. 29. a. enī deus israelitarū vestimētis z calciamētis pr̄stitit q̄ p tot annos nō sunt obtrita: quid mirum si obedienti homini eiusdem potētia pr̄staret/ vt animale ac mortale habēs corp⁹ haberet in eo quendā statū q̄ sine defectu esset annosum: tpe quo deus vellet a mortalitate ad imortalitatē/ sine media morte ventur⁹. Sicut enī hec ipsa caro quā nūc habem⁹/ nō ideo nō est vulnerabilis qr nō est necesse vt vulnerer: sic illa nō ideo nō fuit mortalis/ qr nō erat necesse vt moreret.
B Talē puto habitudinem adhuc in corpore animali atqz mortali/ etiā illis qui sine morte hinc translati sunt fuisse cōcessam. Neqz
Gen. 5. c. enī enoch z helias p tam longā etatē sene/
4. Reg. 2. b. cute marcuerūt: nec tamen credo eos iam in illā spiritalē qualitatē corporis cōmutatos/ q̄lis in resurrectione pmittit: q̄ in dño
C prima p̄cessit: nisi qr isti fortasse nec his cibis egent qui sui cōsumptione reficiūt: sed ex quo trāslati sunt/ ita viuunt vt similē habeat facietatē illis quadraginta dieb⁹/ qb⁹
3. Reg. 19. a. helias ex calice aque et ex collyride panis sine cibo vixit: aut si z his sustētaculis op⁹ est: ita fortasse in paradiso pascūt/ sicut adā priusqz ppter peccatū exinde exire meruisset. Habebat enī quātū existimo z de ligno rū fructibus refectionē cōtra defectionē: et de ligno vite stabilitatem cōtra vetustatē:
Propt hoc aūt qđ puniēs de⁹ dixit: Terra
Gen. 3. d. es z in terrā ibis: qđ nisi ō morte corporis: quomodo intelligi possit/ ignoro.

Qđ humanū genus/ nō tm̄ spūs s̄z etiā corporis morte ppt pctm̄ meruerit/ probat auctoritatibus: Ca. IIII.

S Unt z alia testimonia qbus euidentissime appareat: non tm̄ spūs/ sed etiā corporis mortē ppter peccatū meruisse gen⁹ humanū. Ad romanos aplus dicit: Si autē christus in vobis est:
Roma. 8. b. corpus quidē mortuū est ppter peccatuz: spūs autē vita est ppter iustitiā. Si ḡ spūs eius q̄ suscitauit iesuz a mortuis habitat in vob: q̄ suscitauit christū iesū a mortuis viuificabit: z mortalia corpa vr̄a/ p inhabitātem spiritū eius in vobis. Puto q̄ nō expositorē/ sed tm̄ lectorē opus habet tam clara z aperta sentētia. Corpus inquit mortuum est: non ppter fragilitatē terrenā/ qr de terre puluere factū est: sed ppter peccatuz: quid ampli⁹ querim⁹? Et vigilantissime nō ait mortale/ sed mortuū.

Qđ corp⁹ anteqz muteť in incorruptionē/ q̄ in resurrectiōe scōrū promittiť/ poterit esse mortale/ q̄uis nō moriturū: non aūt postea: Ca. V.

N Amqz anteqz muteť i illā incorruptionē q̄ in scōrū resurrectiōe pmittiť: poterat eē mortale/ q̄uis nō moritu⁹: sicut h̄ nostrū pōt/ vt ita dicā/ esse egrotabile/ q̄uis nō egrotaturū. Cui⁹ enim caro est que nō egrotare possit: etiā si aliquo casu priusqz egrotet occūbat? Sic z illud corpus iam erat mortale: quāz mortalitatē fuerat absumptura mutatio in eternā incorruptionem/ si in homine iustitia/ id est/ obedientia pmaneret: sed ipsum mortale nō est factū mortuum/ nisi propter peccatum. Quia vero illa in resurrectione futura mutatio: nō solum nullam mortem que facta est ppter peccatū/ sed nec mortalitatem habitura ē/ quā corpus animale habuit ante pctm̄/ nō ait: Qui suscitauit chri-
Roma. 8. b. stum iesuz a mortuis/ viuificabit z mortua corpora vestra/ cum supra dixisset: corpus mortuum/ sed viuificabit inquit/ z mortalia corpora vestra: vt scilicet iam nō solum nō sint mortua/ sed nec mortalia: cū anima le resurget i spiritale: z mortale hoc induet imortalitatē: z absorbebit mortale a vita

Quō intelligať illud dictū apostoli: Mortificate mēbra vestra q̄ sunt super terram zc. Ca. VI.

M Irū si aliquid queriť hac manifestatione liquidius: nisi forte audiendū est/ qđ huic pspicuitati otradiciť: vt mortuū corpus fm̄ illuz modū hic intelligam⁹ qđ dictū est: Mortificate mem-
Col. 3. a. bra vestra q̄ sunt sup terrā. Sed hoc modo corpus ppter iustitiā mortificať/ nō ppter pctm̄. Ut enī opemur iustitiā mortificam⁹ mēbra nostra q̄ sunt sup terrā. Aut si putāt

ideo additũ ꝓpter peccatũ: vt nõ intelligamus quia peccatũ factũ est / sed vt peccatũ nõ fiat: tanq̃ diceret: corp⁹ q̃dẽ mortuũ ẽ / ꝓpter nõ faciẽdũ peccatũ. Quid sibi ergo Roma.8.b. vult q̃d cũ adiunxisset: Spũs aũt vita est: addidit / ꝓpter iusticiã? Sufficeret eñ si ad iungeret / vita spũs: vt etiã hic subaudiref ꝓpter nõ faciendũ peccatum: vt sic vtrũq̃ ꝓpter vnã rez intelligerem⁹ / ⁊ mortuũ esse corpus / ⁊ vitã esse spiritũ ꝓpter nõ faciendum peccatũ. Ita q̃ppe etiã si tantũmodo vellet dicere / ꝓpter iusticiã: h̃ est ꝓpter faciẽdã iusticiã / ad vtrũq̃ posset h̃ referri / et mortuũ esse corp⁹ / ⁊ vitã esse spiñ ꝓpter faciendam iusticiã: Nũc vero ⁊ mortuũ dixit esse corpus ꝓpter peccatũ / ⁊ spiritũ vitam esse ꝓpter iusticiã: diuersa merita diuersis tribuens reb⁹: morti quidẽ corporis / meritũ B pcti: vitę autẽ spũs / meritũ iusticię. Quo circa si vt dubitari nõ potest / spũs vita ẽ ꝓpter iusticiã: hoc ẽ merito iusticię: pfecto corpus mortuũ ꝓpter peccatũ / q̃d aliud q̃ merito peccati intelligere debem⁹ aut possum⁹ / si aptissimũ scripturę sensum nõ pro arbitrio puertere ac detorquere conamur? Huc etiã verbo⁊ cõsequentiũ lumen accedit: Cũ eñ p̃sentis tpis gratiã determinãs diceret: mortuũ quidem esse corpus ꝓpter peccatũ: quia in eo nõdũ p resurrectionem renouato / peccati meritũ manet: hoc ẽ necessitas mortis: spiñ aũt vitã esse ꝓpter iusticiã: q̃ licet adhuc corpore mortis huius oneremur: iã fm iteriorez hominẽ cępta renouatione in fidei iusticiã respiramus. Tamen ne humana ignorantia de resurrectione corporis nihil speraret: etiã ipsum quod ꝓpter meritũ pcti in p̃senti seculo dixerat mortuũ / in futuro ꝓpter meritũ iusticię dicit viuificandum: nec sicut tñ ex mortuo viuũ fiat: verũetiã ex mortali imortale.

Cur corpus adhuc peccati meritũ gerat / q̃uis ꝓpter iusticiã fidei spiritus viuere iã cęperit: Ca. VII.

A Uamq̃ itaq̃ verear ne res manifesta exponẽdo potius obscuret / apostolicę tñ sententię lumẽ attende. Si Roma.8.b. aũt christ⁹ inq̃t in vobis est / corp⁹ q̃dẽ mortuũ est ꝓpter pctñ: spũs autẽ vita ẽ ꝓpter iusticiã. Hoc dictũ ẽ / ne ideo putarẽt hoĩes vel nullũ / vel paruũ se habere beneficiũ de gr̃a christi: q̃ necessario morituri sunt corpore. Attendere q̃ppe debẽt corpus q̃dẽ adhuc pcti meritũ gerere: q̃d cõditioni mortis obstrictũ ẽ / sed iã spũ cępisse viuere ꝓpter iusticiã fidei: q̃ ⁊ ipẽ in hoĩe fuerat q̃dã morte infidelitatis extinct⁹. Nõ igit̃ inq̃t vobis paruũ muneris putetis esse collatũ / p id q̃d christ⁹ in vobis ẽ: q̃ in corpore ꝓpter pctñ mortuo / iã ꝓpter iusticiã vester spũs viuit. Nec ideo de vita q̃ ipsi⁹ corporis desperetis: Si eñ spiritus eius q̃ suscitauit christũ a mortuis habitat in vobis: qui suscitauit christũ iesũ a mortuis / viuificabit et mortalia corpa v̄ra p inhabitãtẽ spiñ ei⁹ ĩ vobis: Quid adhuc tantę luci fum⁹ cõtentiõis offundit? Clamat apl's: Corp⁹ q̃dẽ mortuũ ẽ B in vob̃ ꝓpter pctñ / s̃ viuificabũt etiã mortalia corpa v̄ra ꝓpter iusticiã: ꝓpter quam nũc spũs iã vita ẽ: q̃d totũ pficiet p gratiã christi: h̃ est p inhabitantẽ spiñ ei⁹ in vobis: et adhuc reclamat. Dicit etiã queadmodũ fiat: vt vitã i se morte mortificãdo puertat: Ergo fratres inq̃t debitores sum⁹ nõ carni: Roma.8.c. vt fm carnẽ viuam⁹: Si eñi fm carnẽ vixeritis moriemini: Si aũt spũ facta carnis mortificaueritis / viuetis. Quid est aliud / q̃ hoc: si fm morte vixeritis / totũ morietur: si autem fm vitam viuendo morte mortificaueritis: totum viuet.

Dicta p̃cedẽtis capituli probat alijs auctoritatibus: Ca. VIII.

A Tem q̃d ait: Per hominẽ mors / ⁊ p hominẽ resurrectio mortuo⁊: quid 1.Cor.15.c. aliud q̃ de morte corporis intelligi potest: quãdo vt hoc diceret de resurrectiõe corporis loq̃baf / eãq̃ instantissima ⁊ acerrima intentione suadebat? Quid ẽ q̃ q̃d hic ait ad corinthios: Per hominẽ mors / ⁊ per hominẽ resurrectio mortuo⁊: Sicut eñi in adã oẽs moriunt: sic ⁊ in christo oẽs viuificabunt: nisi q̃d ait etiam ad romanos: Per Roma.5.b. vnũ hoiem pctñ intrauit in mũdũ: et p peccatũ mors? Hãc illi mortẽ nõ corporis / sed B aię intelligi volũt: q̃si aliud dictũ sit ad corinthios: Per hominez mors: vbi omnino animę mortẽ accipe nõ sinunt: q̃ de resurrectione corporis agebaf q̃ morti corporis est cõtraria. Ideo etiã sola mors ibi per hominẽ facta cõmemorata est. Nõ etiã pctñ: quia nõ agebaf de iusticia q̃ contrariaf peccato / sed de corporis resurrectione / quę contraria est corporis morti.

De opinione illo⁊ũ q̃ dicũt peccatum nõ propagatione sed imitatione in alios hoĩes ex p̃mo hoĩe transisse: ⁊ ei⁹ improbatio: Ca. IX.

A Oc aũt apostolicũ testimoniũ in q̃ Roma.5.b. ait: Per vnũ hominẽ intrauit pctñ in mundũ / et p pctñ mors: conati eos q̃dẽ in aliaz nouã detorq̃re opinionez tuis l'ris intimasti: sed q̃d nam illud sit / q̃d in his verbis opinent tacuisti. Quãtũ autẽ

96

ex alijs comperi: hoc ibi sentiũt/ q̃ et mors
ista que illic cõmemorata est: non sit corpo
ris: quã nolunt adã peccando meruisse/ sed
anime que in ipso peccato sit: et ipsum pec/
catũ nõ propagatione in alios homines ex
primo homine/ s; imitatione transisse. Hinc
enĩ etiã in paruulis nolunt credere per bap
tismũ solui originale peccatũ: qd̃ in nascen
B tibus nullum esse omnino contendũt: Sed
si apostolus peccatũ illud cõmemorare vo/
luisset/ qd̃ in hunc mundũ nõ ꝓpagatione
sed imitatione intrauerit: eius principẽ nõ
adam/ sed diabolum dicere: de quo scriptũ
1. Joh. 3. b. est: Ab initio diabolus peccat. De q̃ etiam
Sap. 2. d. legitur in libro sapiẽtie: Inuidia autẽ dia/
boli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Nã qm̃
mors sic a diabolo venit in homines/ nõ q̃
ab illo fuerint ꝓpagati/ s; q̃ eũ fuerint imi/
tati/ cõtinuo subiunxit: Imitanť autẽ eum
qui sunt ex parte eius. Proinde apostolus
cum illud peccatũ ac mortẽ cõmemoraret:
q̃ ab vno in omnes ꝓpagatione transisset:
eũ principẽ posuit/ a quo ꝓpagatio generꝭ
humani sumpsit exordium. Imitanť quidẽ
adam quotquot per inobedientiã transgre
diuntur mandatũ dei. Sed aliud est quod
exemplũ est voluntate peccãtibꝰ: aliud qd̃
origo est cũ pctõ nascentibꝰ. Nam et christũ
imitanť sancti eius ad sequendã iusticiam.
1. Cor. 4. d. Unde et idem apostolus dixit: Imitatores
mei estote sicut et ego christi. Sed pter hãc
imitationẽ gratie eius/ illuminationẽ iusti/
ficationemq; nostrã etiã intrinsecus opať
illo opere de quo idem pdicator eius dicit:
1. Cor. 3. b. Neq; q̃ plantat est aliqd neq; q̃ rigat/ sed
qui incrementũ dat deus. Hec enim gratia
baptizatos q̃z paruulos suo inserit corpori
qui certe imitari aliquẽ nondũ valent. Si/
1. Cor. 15. c. cut ergo ille in quo oẽs viuificabunť/ pter
q̃ se ad iusticiã exemplũ imitantibꝰ pbuit:
dat etiã sui spũs occultissimã fidelibus gra
tiam/ quã latenter infundit et paruulis: Sic
et ille in quo oẽs moriunť/ pter q̃ eis q̃ pre/
ceptũ dñi voluntate transgrediunť/ imita/
tionis exemplũ est: occulta etiã tabe carna/
lis cõcupiscẽtie sue tabificauit in se omnes
de sua stirpe veniẽtes. Hinc omnino nec
Roma. 5. b. aliunde apls dixit: Per vnũ hominẽ pecca
tum intrauit in mundũ/ et p peccatũ mors:
et ita in oẽs hoies ptransiuit/ in quo omnes
C peccauerũt. Hoc si ego dicerẽ/ resisterẽt isti:
meq; nõ recte dicere/ nõ recte sentire clama
rent. Nullam quippe in his verbis intellige
rent sententiã cuiuslibet hominis q̃ diceret
hec nisi istã/ quã in apostolo intelligere no
lunt. Sed quia eius verba sunt/ cuius au/
ctoritati doctrineq; succũbunt: nobis obij/
ciunt intelligendi tarditatẽ: cum ea que tã
pspicue dicta sunt: in nescio quid aliud de/
torquere conantur: Per vnũ inquit homi/
nem peccatũ intrauit in mundũ/ et per pec/
catũ mors: hoc ꝓpagationis est/ nõ imita/
tionis: nam per diabolũ diceret: qd̃ autem
nemo ambigit istum primũ hominẽ dicit:
qui est appellatus adam: et ita inquit in om/
nes homines pertransijt.

Quomõ et a quo et sub qua lege homines iustificenť: Ca. x.

Einde qd̃ sequiť: In quo oẽs pec A
D cauerunt: q̃z circũspecte/ q̃z ꝓprie/ q̃z Roma. 5. b.
sine ambiguitate dictũ est. Si enim
peccatũ intellexeris qd̃ p vnuz hominẽ in/
trauit in mũdũ/ in quo omnes peccauerũt:
certum manifestũq; ẽ/ alia esse ꝓpria cuiq;
pctã/ in q̃bus hi tm̃ peccant/ quoꝝ peccata
sunt: aliud hoc vnuz: in q̃ omnes peccaue/
rũt: quãdo omnes ille vnus homo fuerũt.
Si autem non peccatũ/ sed ille vnus homo
intelligitur: in quo vno homine omnes pec
cauerũt: quid etiã ista manifestatione ma/
nifestius? Nempe legimꝰ iustificari in chri/ Gal. 2. d.
sto qui credunt in eũ/ ꝓpter occultã cõmu/
nicationem et inspirationẽ gratie spiritalis:
qua quisq; heret domino vnꝰ spiritus est: 1. Cor. 6. d.
q̃uis eum et imitentur sancti eius. Legatur
mihi tale aliquid de his q̃ sanctos eiꝰ imita/
ti sunt: vtrum quisq; dictus sit iustificatꝰ in
paulo aut in petro: aut in q̃libet hoꝝ quoꝝ
in populo dei magna excellit auctoritas:
nisi q̃ in abraam dicimur benedici: sicut ei
dictũ est: Benedicenť in te omnes gentes Gal. 3. a.
ꝓpter christũ q̃ semẽ eius est fm carnẽ: qd̃
manifestiꝰ dr̃ cũ h̃ idẽ ita dr̃: Bñdicenť in Gen. 22. d.
semine tuo oẽs gẽtes. Dictũ autẽ quemq; B
diuinis eloquijs peccasse/ vl' peccare in dia
bolo: cũ eum iniqui et impij omnes imiten/
tur: nescio vtrũ quisq; reperiat: quod tamẽ
cum apostolus de primo homine dixerit: in
quo omnes peccauerunt/ adhuc de pecca/
ti ꝓpagine disceptať: et nescio que nebula
imitatiõis opponitur. Attende etiã que se/
quunť. Cũ enĩ dixisset: In quo omnes pec/
cauerũt: secutus adiunxit: Usq; ad legẽ enĩ Roma. 5. b.
peccatuz fuit in mũdo: hoc est: quia nec lex
potuit auferre peccatũ: que subintrauit vt Ibidem. d.
magis abundaret peccatum: siue naturalis
lex in qua quisq; iam ratione vtens/ incipit
peccato originali addere et ꝓpria: siue ipsa
que scripta per moysen populo data est.
Si enĩ data esset lex que posset viuificare: Gal. 3. d.
omnino ex lege esset iusticia: Sed conclusit
scriptura omnia sub peccato/ vt promissio

Roma.5.c. ex fide iesu christi daref credentib⁹. Peccatum autē nō deputabatur/cū lex non esset. Quid est / nō deputabaf nisi ignorabaf: et peccatū esse nō putabaf? Neq3 eñ ab ipso domino deo tanq3 nō esset habebatur: cum Roma.2.b. scriptum sit: Quicunq3 sine lege peccauerunt/sine lege peribunt.

Quid sit regnū mortis: et quomodo per christi gratiā destruitur in filijs adam: Ca.XI.

A Roma.5.c. Sed regnauit inqt mors ab adā vsq3 ad moysen: id est a primo hoīe vsq3 ad ipsam etiā legē q̄ diuinitus promulgata ē: qr nec ipsa potuit regnū mortis auferre. Regnum eñ mortis vult intelligi: quādo ita dominaf in hominib⁹ reatus peccati/vt eos ad vitā ęternā/que vera vita est venire nō sinat: sed ad secundā etiā que pęnaliter ęterna est mortē trahat. Hoc regnu3 mortis sola in quolibet homine gratia destruit saluatoris: q̄ operata est etiam in antiquis sanctis/ quicūq3 anteq3 in carne christus veniret/ad eius tamen adiuuantē gratiam/ nō ad legis litterā que iubere tm̄ nō adiuuare poterat/ptinebāt. Hoc nāq3 occultabatur in vetere testamēto ꝑ tempoꝝ dispensatione iustissima: q̄ nūc reuelatur in nouo. Ergo in omnibus regnauit mors ab adā vsq3 ad moysen: q̄ christi gratia nō adiuti sunt/vt in eis regnū mortis destrueref. Ergo ⁊ in eis q̄ nō peccauerūt in similitudine ꝑuaricationis adę: id est q̄ nondū sua et ꝓpria voluntate sicut ille peccauerunt: sed ab illo peccatū originale traxerūt/q̄ est forIbidem. ma futuri: quia in illo constituta est forma cōdemnationis futuris posteris q̄ eius ꝓpagine crearētur: vt ex vno omnes in condemnationē nascerenf: ex q̄ non liberat nisi B gratia saluatoris. Scio quidē plerosq3 latinos codices sic habere: Regnauit mors ab adā vsq3 ad moysen in eos q̄ peccauerūt in similitudinē ꝑuaricatiōis adę: q̄ etiā ip̄m qui ita legunt ad eundē referunt intellectū: vt in similitudinem ꝑuaricationis adę peccasse accipiunt q̄ in illo peccauerūt/vt ei similes crearenf: sicut ex homine homines: ita ex peccatore pc̄tōres: ex morituro morituri/damnatoq3 damnati. Greci autē codices: vnde in latinā linguā interp̄tatio facta est: aut omnes aut pene oēs/id q̄ a me primo positum est habent. Sed nō inqt: sicut delictū/ita ⁊ donatio. Si eñ ob vnius delictum multi mortui sunt: multo magis gratia dei et donū in gratia vni⁹ hominis iesu christi in multos abūdauit: nō magis multos/id est multo plures hoīes: neq3 eñ plures iustificantur q̄ condemnanf: sed multo magis abundauit: Adā quippe ex vno delicto suo reos genuit. Christus autē etiā que homines delicta ꝓprię voluntatis ad originale in q̄ nati sunt addiderūt / gratia sua soluit atq3 donauit: quod euidētius in consequentibus dicit.

Q꞉ pctm̄ non intrauerit per imitationem: cum et in paruulis inueniatur/probatur: Ca.XII

A Verum illud diligentius intuere: q̄ ait: ob vnius delictum multos mortuos. Cur eñ ob vnius illius/et nō potius ob delicta sua ꝓpria/si hoc loco intelligenda est imitatio/nō ꝓpagatio? Sed attende q̄ sequif: Et nō sicut per vnū peccantem/ita est ⁊ donū. Nam iudiciū quidē Roma.5.c. ex vno in condemnationē: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Nunc dicant: vbi locū habeat in his verbis illa imitatio: Ex vno inqt in condēnationē: q̄ vno nisi delicto? Hoc eñ explanat cū adiungit: Gratia autē ex multis delictis in iustificationem. Cur ergo iudiciū ex vno delicto in condemnationē: gratia vero ex multis delictis in iustificationē? Nonne si nullū est originale delictū: non solū ad iustificationem gratia / sed etiā iudiciū ad condemnationē ex mltis delictis hoīes ducit? Neq3 eñ gratia multa delicta donat/⁊ nō etiā iudicium multa delicta condemnat. Aut si ꝓpterea B ex vno delicto in condemnationē ducunf: quia omnia delicta que condemnanf/ex illius vnius imitatione cōmissa sunt: eadem causa est/cur ex vno delicto etiā ad iustificationē duci intelliganf: quia oīa delicta que iustificat⁊ remittunf: ex illi⁹ vni⁹ imitatione cōmissa sūt. Sed hoc videlicet nō intelligebat apostolus cū dicebat: Iudiciū quidem ex vno delicto in cōdēnationē: gratia vero ex multis delictis in iustificationē? Immo vero nos intelligamus apostolū: et videamus ideo dictū iudicium ex vno delicto in condemnationē: quia sufficeret ad condemnationem/etiam si nō esset in hominib⁹ nisi originale peccatū. Quis eñ condemnatio grauior sit coꝝ qui originali delicto etiam propria coniunxerūt: et tanto singulis grauior/quanto grauius quisq3 peccauit: tamē etiam illud solum quod originaliter tractū est/non tm̄ a regno dei separat: quo paruulos sine accepta christi gratia defunctos intrare nō posse: illi ipsi etiā confitentur verū et a salute ac vita ęterna facit alienos: que nulla esse alia potest ꝑter regnum dei: quo sola christi societas introducit.

Qr non ita in vno peccauimus sicut in vno iustificationem consequimur: Ca.XIII.

A Ex hoc ab adã in q̃ oẽs peccauim⁹
a nõ omnia nostra peccata/sed tñ ori
ginale traduximus: a christo vero
in quo omnes iustificamur:nõ illi⁹ tñ ori/
ginalis/sed etiã ceterorum que ipsi addidim⁹
Roma.5.c. peccatorũ remissionẽ cõsequimur. Ideo nõ
sicut per vnũ peccatũ/ita est et donũ: Nam
iudicium quidẽ ex vno delicto si non remit
titur:id est originali:in condẽnationẽ iam
potest ducere: gratia vero ex multis deli/
ctis remissis:hoc est non solũ illo originali/
verumetiã omnib⁹ceteris ad iustificationẽ
perducit. Si eni ob vnius delictũ mors re/
gnauit per vnũ:multo mag' qui abundan/
tiam gratie et iusticie accipiunt/ in vita re/
gnabunt per vnũ iesum christum. Cur ob
vnius delictũ mors regnauit per vnũ:nisi
quia mortis vinculo tenebant in illo vno
in q̃ omnes peccauerũt:etiã si ppria pctã nõ
adderent: Alioquin nõ solum ob vnius de/
lictum mors per vnũ regnauit/sed ob deli/
cta multa multorum per vnũquemque peccantẽ.
Nam si ppterea ceteri ob alterius hominis
delictũ mortui sunt:quia illũ in delinquen
do precedentem/subsequẽtes imitati sunt:ille
quoque et multo magis ob alterius delictum
mortuus est:quẽ diabolus delinquẽdo ita
Gen.3.a. precesserat vt ei delictũ etiam ipse suaderet.
Adam vero nihil suasit imitatoribus suis:
et multi q̃ eius imitatores dicunt/eũ fuisse
et tale aliquid cõmisisse vel nõ audierũt/vel
omnino nõ credunt. Quanto ergo rectius
Roma.5.b. sicut iam dixi/diabolũ principẽ cõstituisset
apostolus:a quo vno peccatũ et mortẽ per
omnes transisse diceret:si hoc loco nõ ppa/
gationem / sed imitationẽ dicere voluisset.
Multo enim rationabilius adam dicit imi/
tator diaboli quẽ suasorem habuit peccati:
si potest quisque imitari etiam illũ qui nihil
ei tale suasit vel omnino quẽ nescit. Quid
est autem q abundantiã gratie et iusticie ac
cipiunt: nisi q nõ ei tñ peccato in quo om/
nes peccauerunt/ sed eis etiam que addide
runt gratia remissionis datur: eisque homi/
nibus tanta iusticia donatur:vt cum adã
consenserit ad peccatũ suadenti/nõ cedant
isti etiam cogẽti. Et quid est/multo magis
in vita regnabunt/cum mortis regnũ mul/
to plures in eternam penam trahat: nisi
intelligamus eos ipsos in vtroque dici qui
transeũt ab adam ad christum:id est a mor/
te ad vitam:quia in vita eterna sine fine re/
gnabunt:magis q̃ in eis mors temporali/
ter et cũ fine regnauit. Itaque sicut per vnius Roma.5.a.
delictum in omnes homines ad condemna
tionem/ ita et per vnius iustificationem in
omnes homines ad iustificationẽ vite. Hoc
vnius delictũ si imitationẽ attendam⁹/nõ
erit nisi diaboli:sed qr manifestũ est de adã
nõ de diabolo dici:restat intelligenda non
imitatio/sed propagatio peccati.

Quid iustificatio sit: et a quo dari possit: Ca.XIIII.

Nam et qd ait de christo: Per vnius Roma.5.d.
n iustificationẽ magis h̃ expressit/q̃ si
per vnius iusticiã diceret. Eam quippe
iustificationem dicit/qua christus iustificat
impium:quã non imitandã proposuit/sed
solus hoc põt. Nam potuit apostolus recte
dicere: Imitatores mei estote sicut et ego 1.Cor.4.d.
christi: nũq̃ aũt diceret:iustificamini a me/
sicut et ego sum iustificat⁹ a christo:quoniã
possunt esse/et sunt/et fuerunt multi iusti ho/
mines et imitandi: iustus autẽ et iustificãs
nemo nisi christus. Unde dicitur: Credẽti Roma.4.a.
in eum qui iustificat impiũ deputatur fides
ad iusticiã. Quisquis g ausus fuerit dicere/iu
stifico te:consequens est/vt dicat etiã crede
in me. Quod nemo sanctorum recte dicere po
tuit:nisi sanctussanctorũ. Credite in deum
et in me credite:vt quia ipse iustificat impiũ
credenti in eum qui iustificat impiũ depu/
tetur fides ad iusticiam.

A sufficienti diuisione probat peccatũ non intrasse p ppagationem: et quo generatio carnalis a spiritali differat: Ca.XV.

Nam si sola imitatio facit peccatores A
n per adam:cur non etiam per christũ
sola imitatio iustos facit: Sicut enim Roma.5.d.
inquit per vnius delictum in omnes homi/
nes ad condemnationẽ/ sic et per vni⁹ iusti/
ficationẽ in omnes homines ad iustificatio
nem vite. Proinde isti/vnus et vn⁹/nõ adã
et christus/sed adam et abel constitui debue/
runt: Quoniã cum multi nos in huius vite
tempore precesserint peccatores:eosque imi/
tati fuerint qui posteriore tempore pecca/
uerunt: ideo tamẽ volunt isti nõ nisi adam
dictum:in quo omnes imitatione peccaue/
runt:quia primus hominum ipse peccauit.
Ac per hoc abel dici debuit:in quo vno si/
militer omnes imitatione iustificent:quia
ipse primus hominũ iuste vixit. Aut si pro/
pter quendam articulum temporis ad no/
ui testamenti exordiũ pertinentẽ/christus ẽ
positus ppter imitationẽ caput iustorum:
iudas eius traditor/capud poni debuit pec
catorum. Porro si propterea christ⁹ vnus B

est in q̄ om̄es iustificent̄: q2 nõ sola ei⁹ imi/
tatio iustos facit/sed p spm̃ regenerãs gr̃a:
ppterea et adã vn⁹ est in quo omnes pec/
cauerũt: quia non sola eius imitatio pecca/
tores facit/sed per carnẽ generãs pẹna. Ob
hoc etiã dictũ est: omnes/ et oẽs: neq3 enim
q̄ generant̄ per adã iidẽ ipsi om̄es per chri/
stum regenerant̄/sed hoc recte dictum est:
q2 sicut nullius carnalis generatio nisi per
adam/sic spiritalis nullius nisi per christũ.
Nam si aliq̄ possent carne generari nõ per
adã: ꝛ aliq̄ regenerari spiritu nõ p christũ:
nõ liquide omnes/siue hic/siue ibi dicerent̄.
Eosdem autẽ omnes postea multos dicit:
Possũt q̄ppe in aliqua re omnes esse q̄ pau/
ci sunt. Sed multos habet generatio car/
nalis: multos ꝛ spiritalis: q̄uis nõ tã mul/
B tos hec spiritalis q̄ illa carnalis. Uerũta/
men quẽadmodũ illa oẽs habet homines:
sic ista omnes iustos homines: Quia sicut
nemo p̄ter illam homo/sic nemo p̄ter istam
Roma.5.d. iustus homo: ꝛ in vtraq3 multi. Sicut enim
per inobedientiã vnius hominis peccato/
res cõstituti sunt multi: ita per obedientiã
vnius hominis iusti cõstituent̄ multi. Lex
aũt subintrauit/vt abundaret delictũ. Hoc
ad originale homines addiderunt volun/
tate iam propria/non per adam: sed hoc q̄3
soluit̄ sanaturq3 per christũ: quia vbi abun
dauit peccatũ/superabundabit ꝛ gratia: vt
quẽadmodũ regnauit pctm̃ in mortem etiã
qd̃ nõ ex adam traxerunt hoĩes/sed sua vo
luntate addiderũt: sic ꝛ gratia regnet p iu/
sticiã in vitã ẹternã: Nõ tamẽ aliq̄ iusticia
p̄ter christũ/sicut aliq̄ pctã p̄ter adã: Ideo
cũ dixisset: quẽadmodũ regnauit peccatum
in mortẽ: hic non addidit p vnũ/aut p adã:
quia supra dixerat etiã de peccato illo qd̃
subintrante lege abundauit: ꝛ hoc vtiq3 nõ
est originis/sed iam ppriẹ voluntatis. Cũ
autẽ dixisset: sic ꝛ gratia regnet per iusticiã
in vitã ẹternã: addidit/ p iesum christũ dñm
nostrũ: Quia generante carne illud tantũ/
modo trahit̄/qd̃ est originale peccatũ. Re/
generante autẽ spiritu: nõ solũ originalis/
sed etiã volũtarioꝝ fit remissio pctoꝝ.

De paruuloꝝ dãnatione et sequelis peccati originalis cõmissi per primũ hominẽ/siue adam siue eua dicatur: Ca. XVI.

A Potest pinde recte dici paruulos si/
ne baptismo de corpore exeũtes in
damnationẽ omniũ mitissimam fu
turos. Multũ autẽ fallit̄ ꝛ fallitur/q̄ eos in
dãnationẽ p̄dicat nõ futuros: dicente apo/
Roma.5.c. stolo: Iudiciũ ex vno delicto in cõdemna/
tionẽ. Et paulopost: Per vnius delictũ in
oẽs hoĩes ad cõdẽnationẽ. Qñ g̃ peccauit
adã nõ obediens deo: tũc ei⁹ corpus q̄uis
esset aĩale atq3 mortale gratiã pdidit/q̄ ei⁹
aĩẹ omni ex pte obediebat. Tũc ille extitit
bestialis mot⁹ pudendus hoĩb⁹/quẽ in sua
erubuit nuditate. Tunc etiã morbo quodã
ex repentina et pestifera corruptiõe ꝯcepto
factũ est in illis/ vt illa in q̄ creati sunt sta/
bilitate ẹtatis amissa/p mutabilitates ẹta/
tum irent in mortẽ. Quis ergo ãnos mul/
tos postea vixerint/ illo tñ die mori cẹpe/
runt: q̄ mortis legẽ q̄ in seniũ veterascerẽt/
accẹperũt. Nõ eñ stat vel tpis puncto/ sed
sine intermissione labitur q̄cq̄d ꝯtinua mu/
tatione sensim currit in finem/ nõ pficientẽ
sed ꝯsumentẽ. Sic itaq3 impletũ est/ qd̃ di/
xerat deus. Qua die edentis/morte morie/ Gen.2.c.
mini. Ex hac igit̄ inobediẽtia carnis/ex hac B
lege peccati ꝛ mortis/q̄sq̄s carnaliter gene/
ratur regenerari spiritaliter opus habet: vt
nõ solũ ad regnũ dei pducat̄/verũetiã a pec
cati dãnatione liberet̄. Simul itaq3 pecca/
to ꝛ morti primi hominis obnoxij nascunt̄
in carne: ꝛ simul iusticiẹ vitẹq3 ẹternẹ secun
di hominis sociati renascuntur in baptismo.
Sic ꝛ in ecclesiastico scriptũ est: A muliere Eccl.25.d.
initiũ factũ ẽ pcti: ꝛ p illã oẽs moriunt̄. Si/
ue aũt a muliere/siue ab adã dicat̄/ vtrũq3
ad primũ hoĩem ptinet: qm̃ sicut nouimus
mulier ex viro ẽ: et vtriusq3 caro vna ẽ. Uñ
et illud qd̃ scriptũ est: Et erũt duo in carne Gen.2.d.
vna: Igit̄ iã nõ duo inq̄t dñs/s̃ vna caro.

Qz dicẽtes paruulos ppter peccata ppria damnandos/redargutione digni sint: Ca. XVII.

A Uapropter q̄ dicũt paruulos ideo
baptiçari/vt hoc eis remittat̄ qd̃ in
hac vita ppriũ cõtraxerũt: nõ qd̃ ex
adã traduxerũt/nõ magno molimine refel/
lendi sunt. Quãdo eñ secũ ipsi paululum
sine certandi studio cogitauerint q̄3 sit ab/
surdũ nec dignũ disputatiõe qd̃ dicũt: con/
tinuo sententiã cõmutabunt. Qd̃ si nolue/
rint/ nõ vsq3 adeo de humanis sensibus de/
sperandũ est/vt metuamus ne hoc cuipiam
psuadeãt. Ipsi quippe vt hoc dicerẽt alicu/
ius alterius sententiẹ prẹiudicio nisi fallor
impulsi sunt: ac ppterea cũ remitti bapti/
çato peccata necessario faterent̄: nec fateri
vellent ex adam ductũ esse peccatũ/qd̃ re/
mitti fatebant̄ in infantibus: ipsam infantiã
coacti sunt accusare: quasi accusator infan/
tiẹ hoc securior fieret/quo accusatus ei re/
spondere nõ posset. Sed istos vt dixi omit/
tamus: neq3 enim sermone vel documento

op⁹ ē: qb⁹innocētia pbeť infantiū q̄ntū ad coꝝ ptinet vitā: quā recenti ortu in seipsis agūt: si eā nō agnoscit sensus human⁹/nullis adminiculꝭ cuiusq̄ disputatiōis adiut⁹.

Qz illi qui dicūt paruulos non ppter peccatū sed spiritalis regenerationis gratia baptizandos/ arguendi sint: Ca.XVIII.

A Sed illi mouent/ ꝛ aliquid cōsideratione ac discussione dignū videntur afferre: qui dicunt paruulos recenti vita ęditos visceribus matrū/ nō ppter remittendū peccatū percipere baptismū/ sed vt spiritalem procreationē habentes creentur in christo: ꝛ ipsius regni cęlorū partici-

Roma.8.c. pes fiant/ eo modo filij ꝛ heredes dei/ coheredes autē christi. A qbus tamē cum queritur: vtrū nō baptiçati ꝛ non effecti coheredes christi/ regniq̄ celorum participes habeant saltem beneficium salutis ęternę in resurrectione mortuoꝝ/ laborant vehemēter: nec exitum inueniūt. Quis em̄ christianorum ferat/ cū diciť ad ęternā salutē posse quēq̄ peruenire si non renascať in christo: qđ p baptismū fieri voluit/ eo iam tpe quo tale sacramentū constituendū fuit regenerandis in spem salutis ęternę? Unde dicit

Titum.3.b. apostolus: Non ex operibus iusticię q̄ nos fecim⁹/ sed ꝭm suā misericordiā saluos nos fecit per lauacrū regeneratiōis. Quā tn̄ salutē in spe dicit esse: cū hic viuim⁹ vbi ait:

Roma.8.e. Spe em̄ salui facti sumus: Spes autē que videť nō est spes: Qđ em̄ videt quis quid sperat? Si autē qđ nō videmus speramus:

B per patientiā expectamus. Sine ista ergo regeneratione saluos in ęternū posse paruulos fieri/ quis audeat affirmare: tāq̄ nō

Roma.5.e. p eis mortuus sit christus? Etem̄ christus p impijs mortuus est. Isti autē q̄ vt manifestū est/ nihil in sua ppria vita impie cōmiserūt: si nec originaliter vllo impietatꝭ vinculo detineńť/ quō pro eis mortuus est qui pro impijs mortuus ē? Si nulla originalis peccati ęgritudine sauciati sunt: quomō ad medicū christū/ hoc est ad pcipiendū sacramentū salutis ęternę suoꝝ currentiū pio ti-

Luce.5.f. more portanť: ꝛ nō eis in ecclesia diciť: Auferte hinc innocentes istos: nō est opus sanis medicus/ sed male habentib⁹: Non venit christus vocare iustos sed peccatores? Nunq̄ dictum est: nunq̄ dicitur: nūq̄ omnino dicetur in ecclesia christi tale commentum.

Qz nō sint ideo paruuli baptizandi qz iusti nō sint: et quō fideles et penitētes dicēdi sint. Ca.XIX

Et ne quis existimet ideo paruulos

a ad baptismū afferri oportere: quia sicut peccatores nō sūt/ ita nec iusti sunt. Quō ergo quidā meritū hui⁹ ętatis a domino laudatum esse commemorant: qm̄

ait: Sinite † puulos venire ad me: taliū est Matth.19.b.

em̄ regnum cęloꝝ. Si em̄ hoc nō ppter hu- Al.† pueros

militatꝭ similitudinē/ q humilitas puulos faciat/ sed ppter pueroꝝ vitā laudabilē dictum est: pfecto ꝛ iusti sūt. Nō em̄ recte aliter dici potuit: taliū est regnū cęloꝝ/ cū esse nō possit nisi iustoꝝ. Sed forte q̄dē hoc nō cōgruēter diciť/ q paruuloꝝ vitā laudauerit dn̄s dicēs taliū esse regnuꝫ cęloꝝ: cū verax sit ille intellect⁹ q humilitatis similitudinē in parua ętate posuerit. Uerūtn̄ forsitan h̄ tenendū est: q dixi ppterea paruulos baptiçari debere: quia sicut peccatores nō sūt/ ita nec iusti sūt: sed cū dicit: nō veni vocare iustos: q̄si ei responderet: quos ḡ vocare venisti? cōtinuo subiunxit/ sed pctōres ad pęnitētiā. Ac p h̄ quō si iusti sūt: ita etiā si pctōres nō sunt/ nō eos venit vocare: qui dixit: Non veni vocare iustos/ sed pctōres. Et ideo baptismo ei⁹ q̄ eos nō vocat: nō tm̄ frustra/ verūetiā iprobe videnť irruere: qđ absit vt sentiam⁹. Uocat eos igiť medic⁹: q̄ nō ē opus sanis/ sed ęgrotantib⁹: nec venit vocare iustos ꝭ pctōres in pęnitētiā. Et iō qz suę vitę pprię pctis nullis adhuc teneńť obnoxij: originalis in eis ęgritudo sanať: in

ei⁹ gr̄a q̄ saluos facit p lauacrū regeneratio- B.

nis. Dicet aliquis. Quō ḡ et ipsi vocanť in pęnitētiā? Nūqd tantillus pōt aliqd pęnitere? Huic r̄ndeť: Si ppterea pęnitētes dicēdi nō sūt/ qz sensū pęnitēdi nōdū habēt: nec fideles dicēdi sūt/ qz similiter sensū credendi nōdū habēt. Si aūt ppterea recte fideles vocanť/ qm̄ fidē p ꝟba gestātiū q̄dāmodo pfitentur: cur nō pus etiā pęnitētes habenť/ cū p eorūdē ꝟba gestātiū diabolo ꝛ huic sęculo renunciare mōstranť? Totū h̄ in spe fit vi sacramenti ꝛ diuinę gratię: quā dn̄s donauit ęcclesię.

De fructu baptismi puulorū/ sꝫ et necessitate eiusdē ad vitā eorūdem spiritalem. Ca.XX.

r Etenī qs ignorat/ q baptiçat⁹ puul⁹ si A

c ad rōnales āños veniēs nō crediderit/ nec se ab illicitꝭ cōcupiscētijs abstinuerit: nihil ei pderit/ qđ paru⁹ accępit. Uerūtn̄ si pcepto baptismate de hac vita emigrauerit/ soluto reatu cui originalꝭ erat obnoxi⁹/ pficieť i illo lumine ꝟitatꝭ: qđ incōmutabiliť manēs in ęťnū/ iustificatos p̄sētia creatorꝭ illumiat. Pctā em̄ sola sēpant Esaie.59.a.

inter hoies ⁊ deũ:que ſoluunt chriſti gr̃a:ꝑ
quẽ mediatorẽ reconciliamur cũ iuſtificat
impiũ. Terrentur autẽ iſti ſententia domi/
Ioh.3.a. ni dicentis: Niſi quis natus fuerit denuo/
non videbit regnũ dei. Qđ cum exponeret
ait: Niſi qs renatus fuerit ex aq̃ et ſpũ non
intrabit in regnum celorum: ⁊ ꝓpterea co/
nantur paruulis nõ baptiçatis innocentie
merito ſalutem ac vitam eternam tribuere:
ſed q2 baptiçati non ſunt/ eos a regno ce/
lorum facere alienos: noua quadã ⁊ mirabi
li p̃ſumptione: quaſi ſalus eterne vite/eter/
na poſſit eſſe p̃ter chriſti hereditatẽ/preter
regnũ celorum. Habent enĩ videlicet quo
confugiant: atq; vbi deliteſcant: quia non
ait dominus: Si quis nõ renatus fuerit ex
aqua ⁊ ſpiritu/ non habebit vitam: ſed ait/
non intrabit in regnũ dei. Nam ſi illud di/
xiſſet: nulla hinc dubitatio poſſet oboriri.
B Auferatur ergo iã dubitatio: dñm audia/
mus: nõ ſuſpitiones coniecturaſq; morta/
lium: Dominũ audiamus inquã: nõ quidẽ
hoc de ſacramento lauacri dicentẽ: ſed de
ſacramẽto ſancte menſe ſue: quo nemo rite
Ioh.6.f. niſi baptiçat⁹ accedit: Niſi mãducaueritis
carnẽ meam ⁊ biberetis ſanguinẽ meũ / nõ
habebitis vitã in vobis. Quid vltra que/
Al' † adhuc rñderi põt. rimus? Quid† ad hoc rñdere poterunt: niſi
pertinacia pugnaces neruos aduerſus cõ/
ſtantiam perſpicue veritatis intendat? An
vero quiſquã etiam hoc dicere audebit: q
ad paruulos hec ſententia non pertineat:
poſſintq; ſine participatione corporis hui⁹
⁊ ſanguinis in ſe habere vitã: quia non ait:
q nõ manducauerit/ ſicut de baptiſmo/qui
nõ renatus fuerit/ſed ait: ſi non manduca/
ueritis: velut eos alloquens q audire ⁊ in/
telligere poterãt: qđ vtiq; non valent par/
uuli? Sed q hoc dicit: nõ attẽdit/q2 niſi om
nes iſta ſententia teneat/ vt ſine corpe ⁊ ſan/
guine filij hominis vitã habere nõ poſſint:
fruſtra etiã etas maior id curat. Poteſt enĩ
ſi non voluntatem/ ſed verba loquẽtis at/
tendas/ eis ſolis videri dictũ: q̃bus tũc do/
minus loquebat: quia nõ ait: q nõ mandu/
cauerit/ſed ſi nõ mãducaueritis. Et vbi eſt
Ioh.6.e. qđ eodẽ loco de hac ipſa re ait: Panis quẽ
ego dedero caro mea ẽ ꝓ mũdi vita? Scđm
hoc enĩ etiã ad nos ꝑtinere illud ſacramẽtũ
intelligimus: q tunc nõdũ fuimus quando
iſta dicebat: q2 nõ poſſum⁹ dicere ad ſeculũ
nos nõ ꝑtinere: pro cuius vita chriſtus ſuã
C carnẽ dedit. Quis autẽ ambigat ſeculi no/
mine homines ſignificaſſe: qui naſcendo in
Luc.20.f. hoc ſeculũ veniũt? Nã ſicut alibi ait: Filij
ſeculi hui⁹ generant ⁊ generant. Ac per hoc

etiã pro paruulorũ vita caro data eſt: q̃ da/
ta eſt pro ſeculi vita: etſi nõ mãducauerint
carnẽ filij hominis/nec ipſi habebunt vitã.
Hinc eſt etiã illđ: Pater diligit filiũ/⁊ oĩa Ioh.3.d.
dedit in manus eius. Qui credit in filiũ ha
bet vitam eternã: q autẽ incredulus ẽ filio/
nõ habebit vitã/ſed ira dei manet ſup eũ.
In quo igitur horũ genere ponemus infan/
tes: in eorũ q credũt i filiũ: an in eorũ q ſunt
increduli filio? In neutro ait aliquis: quia
cũ adhuc credere nõ poſſunt/nec increduli
deputãdi ſunt. Nõ hoc † indicat eccleſiaſti/ Al.† dicat
ca regula/ q̃ baptiçatos infantes fideliũ nu
mero adiũgit. Porro ſi iſti q baptiçant ꝓpt
virtutem celebrationẽq; tanti ſacramenti:
quis ſuo corde atq; ore nõ agant qđ ad cre
dendũ cõfitendumq; ꝑtineat: tñ in numero
credentium computant: profecto illi q̃bus
cisti autē sperantibus in te. Ex lege timem⁹
deū: ex fide speramus in deū: sed timentib⁹
pęnā absconditur gratia. Sub quo timore
anima laborans quando concupiscentiam
malā nō vicerit/nec timor ille quasi custos
seuerus abscesserit: per fidem confugiat ad
misericordiā dei/ vt det qd̄ iubet/atq̄ inspi
rata gratię suauitate per spiritumsanctū fa
ciat plus delectare quod pręcepit q̄ dele/
ctat qd̄ impedit. Jta multa multitudo dul
cedinis eius/ hoc est lex fidei charitas eius
cōscripta in cordibus/ atq̄ diffusa/ perficit̄
sperātib⁹ in eū: vt anima sanata nō timore
pęnę sed amore iusticię operet̄ bonū.

Q̄ sicut lex per fidē/sic liberum arbitrium per gratiā non euacuat̄ sed statuitur: Ca.XXX.

Jberum ergo arbitriū euacuamus
l per gratiā? Absit: sed magis liberū
arbitriū statuim⁹. Sicut enī lex per
fidem/sic liberum arbitriū per gratiam nō
euacuat̄/ sed statuitur. Neq̄ enī lex implet̄
nisi libero arbitrio: sed p̄ legē cognitio pec/
cati: per fidem impetratio gratię cōtra pec/
catū: per gratiā sanatio animę a vitio pec/
cati: per animę sanitatē libertas arbitrij: p̄
liberū arbitrium iusticię dilectio: p̄ iusticię
dilectionez legis operatio. Ac per hoc sicut
lex nō euacuatur/ sed statuitur p̄ fidē: quia
fides impetrat gratiā qua lex impleat̄: ita
liberū arbitriū non euacuat̄ per gratiā/sed
statuitur: quia gratia sanat voluntatē qua
iusticia libere diligatur. Oīa hęc q̄ velut ca
tenatim cōnexui/habent voces suas in scri
pturis sanctis. Lex dicit: Nō concupisces. Exo.20.c.
Fides dicit: Sana animā meā quoniā pec/ Ps.40.

Ioh.5.c. caui tibi. Gratia dicit: Ecce sanus factus es
iam noli peccare / ne quid tibi deterius con
Ps.29. tingat. Sanitas dicit: Domine de⁹ meus
clamaui ad te ⁊ sanasti me. Liberū arbitriū
Ps.53. dicit: Voluntarie sacrificabo tibi. Dilectio
Ps.118. iusticię dicit: Narrauerūt mihi iniusti dele/
ctationes / sed nō sicut lex tua dñe. Ut quid
ergo miseri homines / aut de libero arbitrio
audent superbire anteq̄ liberentur / aut de
suis viribus si iā liberati sunt? Nec atten/
dunt in ipso nomine liberi arbitrij vtiq̄ li/
2.Cor.3.d. bertatē sonare: Ubi autē spiritus domini /
ibi libertas. Si ergo serui sūt peccati / quid
2.Petri.2.d. se iactāt de libero arbitrio: A quo eni quis
deuictus est / huic ⁊ seruus addictus est. Si
autē liberati sunt / quid se iactant velut de
opere ꝓprio: ⁊ gloriant̄ q̄si non acceperint?
An ita sunt liberi vt nec illū velint habere
Ioh.15.a. dominū q̄ eis dicit: Sine me nihil potestis
Ioh.8.c. facere: Et si vos filius liberauerit / tūc vere
liberi eritis?

Utrū fides in nostra constituta sit potestate: et q̄d sit esse in potestate alicui⁹: quomodo quoq̄ duplex sit fides: Ca. XXXI.

A Ueret aliquis: vtrum fides ipsa in
qua salutis / vel ad salutē connexio/
nis huius quā cōmemoraui esse vi/
detur exordiū / in nostra ꝯstituta sit potesta
te? qd facilius videbimus si prius quid sit
potestas aliquanto diligentius perspexeri/
mus. Cū eni duo quędā sint velle ⁊ posse:
vnde nec qui vult / continuo potest: nec qui
potest / cōtinuo vult: quia sicut volum⁹ ali/
quando qd non possumus: sic etiā possum⁹
aliquādo qd nolum⁹: Satis euolutis ipsis
etiam vocabulis resonat / ꝙ ab eo quod est
velle / volūtas: ab eo autē qd est posse / po/
testas nomen accepit. Quapropter sicut q̄
vult habet voluntatē: ita potestatē qui po/
test: Sed vt potestate aliq̄d fiat / voluntas
aderit. Neq̄ eni dici solet quispiā potesta/
tem fecisse / si quid fecit inuitus: q̄q̄ si subti
lius aduertam⁹ / etiā qd quisq̄ inuitus fa/
cere cogitur / si facit volūtate facit: sed quia
malit aliud: ideo inuitus / hoc ē nolens fa/
cere dicitur: Malo q̄ppe aliquo facere com/
pellitur quod volens euitare vel a se remo/
uere / facit quod cogitur. Nam si tanta vo/
luntas sit vt malit hoc nō facere q̄ illud nō
pati: cogenti proculdubio resistit / nec facit:
ac p hoc si facit non quidem plena et libera
voluntate / sed tamen nō facit nisi volunta/
te: quā voluntatē quia effectus consequitur
nō possumus dicere potestatem defuisse fa
centi. Si enim cogenti cedens vellet facere
nec posset / ei volūtatē affuisse licet extortā /
sed potestatē defuisse diceremus. Cū vero
ideo non faciebat / quia nolebat: erat vtiq̄
potestas / sed voluntas deerat q̄diu cogen
ti reluctando nō fecit. Hinc est ꝙ etiam illi
qui cogunt / vel qui suadent / solent dicere:
quod habes in potestate quare nō facis vt
hoc malo careas? Et qui omnino facere nō
possunt / qd ideo coguntur vt faciant / quia
posse credunt̄ / solent excusando respōdere
⁊ dicere: facerem / si esset in ptāte. Quid igit̄
vltra quęrimus? quādoquidē hanc dicim⁹
potestatē / vbi voluntati adiacet facultas
faciendi. Unū hoc quisq̄ in potestate habe/
re dicit̄: qd si vult / facit: si nō vult / nō facit.
Attende iam illud qd excutiēdū posuim⁹: B
vtrū fides in potestate sit? De hac enim fi/
de nunc loq̄mur / quā adhibemus cū aliq̄d
credimus: nō quā damus cū aliquid polli
cemur: nā et ipsa dicit̄ fides. Sed aliter di/
cimus: nō mihi habuit fidem: aliter autē:
nō mihi seruauit fidem. Nam illud est: non
credidit qd dixit: illud / nō fecit quod dixit.
Scdm hāc fidem qua credimus / fideles su/
mus deo: scdm illam vero qua fit quod ꝓ/
mittitur / etiam deus ipse fidelis est nobis.
Hoc enim dicit apostolus: Fidelis de⁹ qui 1.Cor.10.c.
nō vos permittit temptari super id qd po/
testis. De illa itaq̄ fide quęrimus: vtrū in
potestate sit qua credimus deo / vel credim⁹
in deū. Hinc eni scriptū est: Credidit abraā Gen.15.b.
deo et deputatū ē illi ad iusticiā: Et credēti Roma.4.a.
in eū qui iustificat impiū / deputatur fides
ad iusticiam. Uide nūc vtrū quisq̄ credat
si noluerit: aut nō credat si voluerit. Quod
si absurdū est: quid est enim credere nisi cō/
sentire verum esse quod dicitur? Cōsensio
autē vtiq̄ volentis est: ꝓfecto fides in po/
testate est: Sed sicut apostolus dicit: Nō ē Roma.13.a.
potestas nisi a deo. Quid igitur causę est:
cur non et de ista nobis dicat̄: Quid enim 1.Cor.4.b.
habes quod nō accepisti? Nam et vt creda
mus deus dedit. Nusq̄ autem legimus in
sanctis scripturis: nō ē volūtas nisi a deo.
Et recte non scriptum est: quia verum non
est: alioquin etiam peccatorū / quod absit /
auctor est deus / si nō est volūtas nisi ab il/
lo: quoniā mala voluntas iam sola pecca/
tum est: etiam si desit effectus: id est si non
habeat potestatem. Porro cum voluntas
mala potestatē accipit implere qd intēdit̄ /
ex iudicio dei venit: apd quē nō ē iniq̄tas: Roma.9.c.
Punit etiā isto mō: nec ideo iniuste / q̄ oc/
culte. Ceterū iniqu⁹ puniri se ig̃rat: nisi cū
manifesto supplicio senserit nolēs / q̄ntū mali

sit quod perpetrauit volēs. Hoc est qḋ de
Roma.1.d. quibusdā apostolus ait: Tradidit illos de⁹
in cōcupiscentias cordis illoꝝ/ vt faciant q̄
Joh.19.b. nō cōueniunt. Hinc ⁊ dñs pilato: Non ha-
beres in me ulla potestatem/ nisi data esset
tibi desuper. Sed cum potestas datur / nō
necessitas vtiq̄ imponit. Unde cū dauid
1.Reg.24.b. saulis occidēdi potestatē accepisset/ maluit
it parcere q̄ ferire. Unde intelligimus ma-
los accipere potestatē ad damnationē ma-
le voluntatis sue: bonos autē ad probatio-
nem bone voluntatis sue.

Que fides ab apostolo cōmendetur: et de bona agentibus ex timore ⁊ charitate: et de cōfidētia in petendis a deo donis: Ca. XXXII.

A Um ergo fides in potestate sit: qm̄
cū vult quisq̄ credit: ⁊ cū credit vo-
lens credit. Deinde querēdum est:
immo recolendū ē: quā fidē tanta cōflicta-
tione commendet apostolus: Nō eni qḋlibet
1.Joh.4.a. bet credere bonū ē: Nā vnde est illud: Fra-
tres nolite omni spiritui credere: sed ꝓbate
spiritū qui ex deo est: Nec in laudib⁹ chari-
1.Cor.13.c. tatis qḋ dictū est: Oīa credit/ sic accipien-
dū ē: vt charitati cuiuspiā derogādū sit/ si
nō qḋ audierit statim crediderit. Quid qḋ
eadē charitas admonet: nō facile de fratre
mali aliqḋ esse credēdū. Et cū tale aliqḋ di-
cit: hoc ad se magis indicat pertinere ne cre-
dat. Postremo ipsa charitas que oīa cre-
dit/ non omni spiritui credit: ac per hoc om-
nia quidē credit/ sed deo: quia nō dictū est
omnib⁹ credit. Nulli itaq̄ dubiū est eam fi-
dem ab apostolo cōmendari/ qua creditur
B deo. Sed adhuc est aliquid ad discernēdū:
quoniā et illi qui sub lege sunt ⁊ timore pe-
ne iusticiam suā facere conant: ⁊ ideo nō fa-
ciunt dei iusticiā: quia charitas eam facit/
qua non libet nisi quod licet: nō timor qui
cogitur in opere habere quod licet/ cū aliud
habeat in voluntate qua mallet si fieri pos-
set licere qḋ nō licet. Et illi ergo credūt deo:
Nā si omnino nō crederent/ nec pēnā legis
vtiq̄ formidarēt. Sed nō hāc fidē cōmēdat
Roma.8.c. apostolus qui dicit: Non eni accepistis spi-
ritū seruitutis iterū in timorē/ sed accepistis
spiritū adoptionis filioꝝ in quo clamam⁹/
Abba pater. Timor q̄ ille seruilis est: ⁊ ideo
q̄uis in illo dño credatur / nō tamē iusticia
diligit/ sed damnatio timetur. Filij vo cla-
māt: Abba pater/ q̄rū duaꝝ vocū: vna ē ex
circūcisiōe/ altera ex ꝓputio: iudei primū et
greci: qm̄ vnus est de⁹ qui iustificat circūci-
sionem ex fide/ ⁊ p̄putiū per fidē. Cū autē

damāt/ aliquid petūt: ⁊ quid petūt/ nisi qḋ
esuriunt ⁊ sitiunt? Et hoc quidē/ nisi qḋ de
illis dictū est: Beati q̄ esuriūt ⁊ sitiunt iusti- Matth.5.a.
ciam qm̄ ipsi saturabunt. Huc ergo trāseāt
q̄ sub lege sunt vt ex seruis filij fiant: nec sic
tamē vt serui esse desistant/ sed vt tanq̄ filij
dño et patri liberaliter seruiant: quia ⁊ hoc
acceperunt: Dedit eni potestatē ille vnicus Joh.1.b.
filios dei fieri credentib⁹ in noīe eius: eosq̄
admonuit petere/ querere/ pulsare/ vt acci-
piant et inueniant ⁊ aperiatur eis: addens
increpationē ⁊ dicens: Si vos cū sitis mali Matth.7.b.
nostis bona data dare filijs vestris: quan-
to magis pater vester qui in celis est dabit
bona petentib⁹ se. Cum ergo virtus pecca- C
ti lex inflāmauerit aculeum mortis/ vt occa- Roma.7.b.
sione accepta peccatū per mandatū operet
omnē cōcupiscentiā / a quo petenda est cō-
tinentia/ nisi ab illo q̄ nouit bona data da-
re filijs suis? An forte nescit insipiēs qḋ ne- Sap.8.d.
mo esse possit continens nisi deus det? Hoc
ergo vt sciat ipsa indiget sapiētia. Cur ita-
q̄ non audit patris sui spiritū dicentē per
apostolū christi/ vel ipsum christū qui dicit
in euāgelio suo: Petite ⁊ accipietis: Loquē- Matth.7.a.
tem etiā in apostolo suo ⁊ dicentē: Si quis Jaco.1.a.
vestrum indiget sapiētia / postulet a deo q̄ dat
oīb⁹ affluenter ⁊ nō improperat: ⁊ dabit
illi: Postulet autē in fide nihil hesitās. Hec Roma.1.d.
est fides ex q̄ iustus viuit: Hec ē fides qua
credit in eū qui iustificat impiū: Hec est fi-
des ꝑ quā excluditur gloriatio / siue vt ab-
scedat q̄ in nobis inflamur/ siue vt emineat
q̄ in dño gloriamur: Hec est fides qua im-
petratur largitas spūs: de quo dicitur: Nos
eni spiritu ex fide spem iusticie expectam⁹.
Ubi quidē queri adhuc potest: vtrū spem
iusticie dixerit qua sperat iusticia/ an q̄ spe-
ratur ipsa iusticia: quoniā iustus ex fide vi-
uens sperat vtiq̄ vitam eternā. Itemq̄ fi-
des esuriens sitiensq̄ iusticiā/ renouationē
de die in diem interioris hoīs/ ꝓficit in ea/
⁊ sperat in ea se satiari/ in † vita eterna: vbi Ar. † vitam eternam
fiet qḋ in psalmo de deo dicit: Qui satiat Ps.102.
in bonis desideriū tuum. Hec est fides qua
salui fiūt q̄bus dicit: Gratia salui facti estis Eph.2.b.
ꝑ fidē: ⁊ hoc nō ex vobis/ sed dei donū est:
Nō ex operibus: ne forte qs extollat: Ipsi⁹
eni sumus figmentū creati in christo iesu in
operibus bonis/ que p̄parauit deus vt in
illis ambulem⁹. Postremo hec est fides q̄ ꝑ Gal.5.b.
dilectionē operatur/ nō per timorē/ nō for-
midando penam / sed amando iusticiam.
Unde ergo ista dilectio: id ē charitas ꝑ quā
fides operat/ nisi vñ illā fides ipa impetra-
uit? Neq̄ eñ eēt in nobis quātacūq̄ sit in

Roma.5.a. nobis/nisi diffunderet in cordibus nostris
p spm̄sanctuz qui datus ē nobis. Charitas
q̄ppe dei dicta est diffundi in cordibus nr̄is:
nō qua nos ipse diligit/sed q̄ nos facit dile
ctores suos: sicut iusticia dei/qua iusti eius
munere efficimur: ⁊ dn̄i salus/ qua nos sal/
uos facit: ⁊ fides iesu christi/qua nos fideles
facit. Hec ē iusticia dei quā nō solum docet
p legis p̄ceptū/ verū etiā dat p spūs donū.

Utrū volūtas qua credim⁹/ donū dei sit:an ex libertate arbitrij: (Ca.XXXIII.

A Ed consequēs est
s paululum q̄rere: vtr̄ volūtas illa q̄
credim⁹ etiā ipa dei donū sit:an ex il
lo naturaliter insita / libero adhibeat arbi/
trio. Si eni dixerimus eā nō esse donū dei:
metuēdū est ne existimemus inuenisse nos
1.Cor.4.b. aliq̄d qd̄ ap̄lo increpāti ⁊ dicenti: Quid eni
habes qd̄ non accepisti: si autē et accepisti/
quid gloriaris quasi nō acceperis? respon/
dere possumus: ecce habemus volūtatē cre
dendi quā non accepimus: ecce vbi glorie/
mur qd̄ nō accepimus. Si autē dixerim⁹
etiā huiusmodi volūtatem / nō esse nisi do/
num dei: rursus metuendū est/ ne infideles
atq̄ impij nō immerito se veluti iuste excu/
sare videātur ideo non credidisse/ q̄ dare il/
lis deus istā noluit voluntatē. Nā illud qd̄
Phil.2.b. dictū est: Deus est eni q̄ operatur in nobis
et velle et operari p̄ bona volūtate: gratie
iā est: quā fides impetrat vt possint esse ho
Gal.5.b. minis opa bona/ q̄ operat fides per dilecti/
Roma.5.a. onē: q̄ diffundit in cordib⁹ nr̄is p spm̄scm̄
qui datus est nobis. Si credimus vt impe/
tremus hanc gratiā/ et vtiq̄ voluntate cre/
dim⁹. De hac q̄ritur vn̄ sit nobis: Si natu/
1.timoth.2.b. ra: quare nō om̄ib⁹/ cū sit idē deus omniuz
creator? Si dono dei: etiā hoc q̄re nō om̄i/
bus/ cū oēs homines velit saluos fieri: ⁊ in
B agnitionem veritatis venire? Prius igitur
illud dicamus/ et videamus vtr̄ huic satis
faciat questioni/ q̄ liberum arbitriuz natu/
raliter attributū a creatore aīe rationali/ il/
la media vis est que vel intendi ad fidē/ vel
inclinari ad infidelitatē pōt. Et ido nec istā
volūtatē q̄ credit deo/ dici potest homo ha/
bere quā nō acceperit: Quādoq̄dē vocāte
deo surgit d̄ libero arbitrio qd̄ naturaliter
cū crearet accepit. Uult aūt de⁹ oēs hoies
saluos fieri et in agnitionē v̄itatis venire:
non sic tamē vt eis adimat liberū arbitriū:
quo vel bene / vel male vtētes iustissime iu
dicētur. Qd̄ cū sit/ infideles q̄dem cōtra vo
luntatē dei faciūt/ cum eius euangelio non
credunt: nec ideo tamē eā vincunt/ verū se/
ipos fraudāt/ magno ⁊ summo bono/ malis

q̄ penalib⁹ implicāt / experturi in supplicijs
ptātem/ eius cui⁹ in donis misericordiā cō/
tēpserūt. Ita voluntas dei semp inuicta ē:
vinceretur aūt si non inueniret q̄d de contē
ptorib⁹ faceret: aut vllo modo possent eua
dere qd̄ de talib⁹ ille cōstituit. Cū eni dicit/
verbi gratia: volo vt hi oēs serui mei ope/
rentur in vinea: et post laborē requiescētes
epulentur: ita vt quisquis eoruz hoc nolu/
erit/ in pistrino semp molat: Uidet quidez
quicunq̄ contēpserit: cōtra voluntatē dn̄i
sui facere: s; tunc eā vincet/ si ⁊ pistrinū con/
temnens fugerit: qd̄ nullo modo fieri pōt
sub dei potestate. Uñ scriptū est: Semel lo Ps.61.
cutus ē deus: hoc est/ incōmutabiliter: q̄q̄
⁊ de vnico v̄bo possit intelligi. Deinde sub/
iungens quid incōmutabiliter sit locutus:
Duo hec inq̄t audiui: qm̄ potestas dei ē/ et
tibi dn̄e misericordia: quia tu reddis vni/
cuiq̄ sm̄ opera sua. Ille igitur reus erit ad
dānationē sub potestate ei⁹/ q̄ contēpserit
ad credendā misericordiaz eius. Quisquis
autē crediderit ei: q̄ se a pc̄tis oibus absol/
uendū / ⁊ ab oib⁹ vitijs sanādū/ ⁊ calore ac
lumine ei⁹ accendendū illuminādumq̄ nō
contēpserit: habebit ex eius gr̄a opa bona:
ex q̄bus etiā sm̄ corpus a mortis corruptio/
ne redimat/ coronet/ bonisq̄ satiet: nō tem
poralib⁹/ sed eternis/ supra q̄ petim⁹ et in/
telligim⁹. Huc tenuit psalm⁹ vbi dr̄. Bene/ Ps.102.
dic anima mea dn̄m/ ⁊ noli obliuisci oēs re/
tributiōes ei⁹: Qui p̄picia oibus iniq̄ta/
tib⁹ tuis: q̄ sanat oēs languores tuos: q̄ re/
dimit de corruptiōe vitaz tuā: q̄ coronat te
in miseratiōe ⁊ miscd̄ia: qui satiat in bonis
desideriū tuum. Et ne forte hec tanta bona
huius vetustatis hec mortalis deformitas
desperaret: Renouabit inq̄t sicut aquile iu/
uentus tua. Tāq̄ diceret: Hec que audisti/
ad nouū hominē ⁊ nouū testamētū ptinēt.
Recole mecū eadē ipsa paululū obsecro te: C
⁊ inspice delectabiliter laudē misericordie:
hoc est gratie dei. Benedic inq̄t aīa mea do
minū: et noli obliuisci oēs retributiōes ei⁹.
Non ait tributiones/ sed retributiones ei⁹:
q̄ retribuit bona p̄ malis: q̄ p̄picius sit om
nibus iniq̄tatib⁹ tuis. Hoc agit in baptis/
matis sacramēto: qui sanat oēs languores
tuos. Hoc agit in hac vita fidelis hois: dū
caro cōcupiscit aduersus spm̄/ ⁊ spūs aduer Gal.5.c.
sus carnē: vt nō q̄ volum⁹ faciam⁹: dū alia Roma.7.d.
lex in membris repugnat legi mentis: dum
velle adiacet/ perficere autē bonū non inue
nim⁹: qui languores vetustatis/ si pseueran/
te intētione perficiam⁹/ de die in diē crescēte
nouitate sanant/ ex fide que per dilectionē

Ps.102. operatur. Qui redimit de corruptiōe vitā
tuā: hoc fit i vltima resurrectiōe mortuoꝝ.
Qui coronat te in mi͡satiōe ꝛ mi͡scōia: h fit
Prouer.20.b in iudicio: vbi cū rex iust⁹ sederit in throno
redditurus vnicuiqꝫ ſm opera eius: Quis
gloriabitur castum se habere cor: aut quis
gloriabit͛ mundū se esse a peccato? Ideo il/
lic necessariū fuit cōmemorare miseratione͂
et mi͡scōiam dn̄i/ vbi iā exigi debita ꝛ reddi
merita sic possint videri vt nullus esset mi/
sericordię loc⁹. Coronat ergo in miseratio/
ne ꝛ misericordia/ sed etiam sic ſm opa. Se/
Matth.25.c. gregabit͛ eni ad dexterā cui dicat͛: Esuriui
Iaco.2.c. et dedisti mihi mādu care: Qm̄ iudiciū sine
misericordia/ sed illi qui non fecit misericor
Matth.5.a. diam. Beati autē misericordes qm̄ ipsorū
miserebit͛. Iā v͛o cū sinistri ierint in ambu/
stionem ęternā: iusti autē in vitā ęternam:
Ioh.17.a. Quia hęc est inq̄t vita ęterna vt cog̃scant
te vnū verū deū: ꝛ quē misisti iesū christū:
illa cognitione/ illa visione/ illa contempla/
tione satiabit͛ in bonis animę desiderium.
Hoc eni ei solū sat ē: vltra nō habet qd ap/
petat/ quo inhiet/ quo req̄rat. Nā desiderio
hui⁹ satietatis ardebat qui dn̄o christo ait:
Ioh.14.b. Ostende nobis patrē ꝛ sufficit nobis. Cui
respōsum est: Qui me videt/ videt et patrē:
Quia ꝛ ipsa ē vita ęterna vt cognoscāt vnū
veꝝ deū: ꝛ quē misisti iesū christū. Sꝫ si ille
q̄ videt filiū videt et patrē: pfecto q̄ videt
patrē ꝛ filiū/ videt ꝛ spiritūsanctū patris et
filij. Ita nec arbitriū liberū tollim⁹: ꝛ bene
dicit anima nostra dn̄m nō obliuiscēs oēs
Roma.10.a. retributiones ei⁹. Nec ignorās dei iusticiā
Roma.4.a. suā volens cōstituere: sed credit in eū q̄ iu/
stificat impiū: ꝛ viuit ex fide donec ad spēm
Gal.5.b. pducat͛: fide scꝫ q̄ p dilectionē operat͛: Quę
Roma.5.a. dilectio diffundit͛ in cordib⁹ nostris: nec per
sufficientiā pprię voluntatis/ nec p litterā
legis/ sed p spiritūsanctū q̄ dat⁹ est nobis.

Respondet ad replicā cōtra prę dicta: et etiā ad questiunculā aliā: quare diuinę suasioni aliquis con sentiat/ alius non: Ca.XXXIIII.

Ec disputatio si questioni illi soluē/
b dę sufficit/ sufficiat. Si autē respon/
detur: cauēdū esse ne quisq̄ deo tri/
buēdū putet pctm̄ qd admittit͛ p liberū ar
1.Cor.4.b. bitriū: si in eo qd dicit͛: Quid habes qd nō
accepisti: propterea etiā voluntas q̄ credi/
mus dono dei tribuitur/ q2 de libero existit
arbitrio/ qd cū crearemur accepim⁹: Atten/
dat et videat/ nō ideo tm̄ istā voluntatē di/
uino muneri tribuendā/ quia ex libero arbi
trio est qd nobis naturaliter concreatū est:
verūetiā qd visoꝝ suasionib⁹ agit deus vt
velimus et vt credamus: siue extrinsec⁹ per
euangelicas exhortationes/ vbi et manda/
ta legis aliq̄d agūt si ad h admonēt homi/
nem infirmitatis suę vt ad gratiā iustifican/
tem credendo cōfugiat: siue intrinsecus vbi
nemo habet in potestate quid ei veniat in
mentē/ sed cōsentire vel dissentire pprię vo
luntatis est. His ergo modis qn̄ deus agit
cum aīa rōnali vt ei credat: neqꝫ eīn crede/
re pōt quodlibet arbitrio si nulla sit suasio
vel vocatio cui credat: profecto ꝛ ipsū velle
credere deus opat͛ in hoīe: ꝛ in oībus mise/
ricordia eius pueniet nos: cōsentire aūt vo/
cationi dei/ vl ab ea dissentire/ sicut dixi/ p/
prię volūtatis est. Quę res nō solū nō infir
mat: qd dictū ē: Quid eīn habes qd nō ac/
cepisti/ verūetiā ꝯfirmat: Accipere q̄ppe ꝛ ha
bere anima non potest dona de q̄bus hoc
audit nisi ꝯsentiēdo: ac per hoc quid habe/
at/ et quid accipiat/ dei est: accipere autē et
habere vtiqꝫ accipientis et habētis est. Iā
si ad illā pfunditatem scrutādam quisquā
nos coartet/ cur illi ita suadeat͛ vt persuade
atur: illi aūt nō ita: duo sola occurrūt inte/
rim quę respondere mihi placeat: O altitu/ Roma.11.d.
do diuitiaꝝ: ꝛ nunq̄d iniquitas apud deū? Roma.9.c.
Cui respōsio ista displicet/ q̄rat doctiores:
sed caueat ne inueniat p̄sumptores.

Concludit librum/ excusando se de prolixitate: et continentiā libri breuiter epilogās: Ca.XXXV.

Oncludam⁹ igit͛ libꝛū aliquādo: cu
c ius tanta plixitate vtrū aliq̄d ęge/
rimus/ nescio: non apud te/ cuius fi/
dem scio/ sed apud animos eorū ppter q̄s
me scribere voluisti: q̄ non ꝯtra nostrā/ s vt
miti⁹ loquar/ et nō dicā/ illi⁹ q̄ in suis aplis
est locutus/ certe ꝯ tanti apostoli pauli: nō
vnā sentētiā/ sed tā vehementē/ tā intentā
vigilēqꝫ conflictatione malunt suā defensi/
tare sententiā q̄ eū audire obsecrantem p Roma.12.a.
miserationē dei: ꝛ dicētē: p gratiā dei q̄ da/
ta est illi: non plus sapere p̄terq̄ oportet sa/
pere/ sed sapere ad tēperātiā vnicuiqꝫ sicut
deus partitus ē mensurā fidei. Tu autē q̄d
mihi pposueris/ ꝛ q̄d tā longo disputatio/
nis hui⁹ opere effecerim⁹ aduerte. Mouit te
certe quemadmodū dictū fuerit: fieri possit
vt sit hō sine pctō si volūtas ei⁹ nō desit ope
adiuuāte diuina: Quis nemo tā pfecte iu/
sticię in hac vita fuerit/ vel sit/ vel futur⁹ sit.
Si eīn h ipsū in illis prius ad te cōscriptis
libris pposui/ si a me q̄rat͛ vnq̄ / vtꝝ hō sine
pctō possit eē in hac vita: Cōfitebor posse p
dei gratiā ꝛ liberū ei⁹ arbitriū: ipsum q̄ꝫ libe
rū arbitriū ad dei gratiā/ hoc ē ad dei dona

ptinere nõ ambigens:nec tñ vt sit/ verū vt bonū sit.i.ad faciēda mādata dñi cōuertat: atq; ita dei gra: nõ solū ostēdat qd faciēdū sit/ sed adiuuet etiā vt fieri possit qd ostenderit. Tibi autē absurdū visū est sine exemplo esse rem q̄ fieri pōt:Hinc exorta est hu⁹ libri q̄stio:ac p hoc ad nos ptinebat ostēdere fieri posse aliqd q̄uis desit exēplū:Hinc ex euāgelio ꝛ ex lege q̄dā posuim⁹in sermonis hu⁹ exordio: sicut de cameli trāsitu per foramen acus: ꝛ de duodecim milib⁹ legionū angeloꝝ/ q̄ potuerūt si vellet pugnare p christo:ꝛ de illis gentib⁹ q̄s de⁹ dicit potuisse se a facie ppli sui semel exterminare: que oia facta nõ sūt. His addi possunt etiā illa que legunt in libro sapiētie:q̄ multa posset noua tormēta de⁹ exercere in impios ad nutum sibi seruiēte creatura/ q̄ tñ nõ exercuit. Pōt ꝛ de mōte illo quē fides ī mare trāsferret:qd tñ nusq̄ factū/ vel legim⁹/ vel audiuimus. Quisqs eni hoꝝ aliqd deo dixerit eē impossibile/ vides q̄ desipiat: q̄s aduersus fidē scripture eius loquatur. Multa alia huiusmodi possunt occurrere vel legenti vł cogitanti/ q̄ possibilia deo negare nõ possumus/ q̄uis eorū desit exēplum. Sed q; dici pōt illa opa esse diuina: iuste aūt viuere ad nostra opera ptinere/suscepi ostendere etiā hoc opus esse diuinū:ꝛ hoc egi libro isto loquacius forte q̄ sat est:sed ꝯ inimicos gre dei etiā paꝝ mihi dixisse videor: nihilq; me tā multū dicere delectat q̄ vbi mihi ꝛ scriptura ei⁹plurimū suffragat:ꝛ id agit vt qui gloriat in dño glorieᵗ:ꝛ in oib⁹ gras agam⁹ dño deo nostro sursum corda habētes: vñ a patre luminū omne datū optimū et omne donū pfectū ē. Nā si pptere a nõ ē opus dei q; p nos agit/ vł q; illo donāte nos agim⁹: nec illud ē opus dei/ vt mons transferat in mare:q; p fidē hominū fieri posse dñs dixit et hoc ipsoꝝ opi attribuit dicēs: Si habueritis ī vobis fidē tāq̄ granū sinapis/ diceṫ monti huic tollere ꝛ mittere in mare ꝛ fiet/ ꝛ nihil ipossibile erit vobis. Certe voƀ dixit: non mihi aut patri:ꝛ tñ ħ nullo mõ facit hō nisi illo donāte ꝛ opante. Ecce queādmodū sine exēplo ē in hoib⁹pfecta iusticia:ꝛ tñ impossibilis nõ est: Fieret eni/ si tanta voluntas adhibereṫ / quāta sufficit tāte rei: Esset autē tanta si ꝛ nihil eoꝝ q̄ ptinent ad iusticiā nos lateret: ꝛ ea sic delectarēt animū vt qcqd aliud voluptas siue dolor ipedit/ delectatio illa superet:qd vt nõ sit/nõ ad impossibilitatē/ ſ ad iudiciū dei ptinet. Quis eīn nesciat nõ eē in hoīs ptāte qd sciat/ nec esse cōsequēs vt qd appetendū cognitū fuerit appetat/ nisi tātū delectet/ quātū diligēdū est: Hoc autem sanitatis est anime.

Matth.19.c. Matth.26.c. Sap.16.d. Marci.11.c. 1.Cor.10.d. Jaco.1.c. Marci.11.c.

Q̄r p̄ceptū de dilectione dei/ nõ hic/ sed in patria pfecte implebit: Ca.XXXVI.

Sed fortasse quispiā putauerit nihil nobis deesse ad cognitionē iusticie q̄ dñs verbum cōsummās et breuiās sup terrā/ dixit ī duob⁹ p̄ceptis totā legē pphetasq; pēdere: nec ea tacuit ſ ꝟbis aptissimis prompsit: Diliges inqt dñm deū tuū ex toto corde tuo/ ꝛ ex tota aīa tua/ ꝛ ex tota mēte tua: ꝛ diliges pximū tuū tanq̄ teipsum. Quid veri⁹/ his impletis impleri oino iusticiā: Uerūtñ q̄ hoc attendit etiam illud attendat: q̄ in multis offendam⁹ oēs/ dum putam⁹ deo quē diligimus placere/ vel nõ displicere qd facim⁹: et postea p scripturā ei⁹/ siue certa ꝛ pspicua ratiōe cōmōiti cū didicerim⁹ q̄ ei nõ placeat/ penitendo depcamur vt ignoscat. Plena humana vita ē documētis talib⁹. Uñ aūt minus nouim⁹ qd ei placeat:nisi q; ꝛ ip̄e min⁹ notus ē nobis? Uidem⁹ eni nunc p speculū in enigmate: tunc autē facie ad faciē. Quis ꝟo existimare audeat cū eo vētū fuerit/ qd ait: vt cognoscā sicut ꝛ cognitus sū: tantā dei dilectionē fore cōtēplatorib⁹ ei⁹/ quāta fidelib⁹ nūc ē: aut illo mō hāc illi tāq̄ ꝺ primo cōparandā? Porro si q̄nto maior notícia/ tanto erit maior dilectio: profecto nunc q̄ntū deest dilectiōi/ tātū tūc pficiēde iusticie deesse credēdū ē. Sciri eni aliqd vel credi/ ꝛ tñ diligi nõ pōt: diligi aūt qd neq; sciṫ neq; crediṫ nõ pōt. At si credendū est q̄ ad tantā dilectionē sancti puenire potuerunt: qua certe maiorē in hac vita esse non posse dñs ip̄e testaṫ ē/ vt animā suā p fide et p fratrib⁹ poneret: cū ab hac pegrinatione in q̄ p fidē nūc ambulaṫ nõ p speciē puētū erit ad speciē quā nōdū visam/ speram⁹ ꝛ p patientiā expectamus: proculdubio ꝛ ipsa dilectio: nõ solū supra q̄ hic habem⁹/ sed lōge supra q̄ petim⁹/ et supra q̄ intelligim⁹ erit: nec ideo tñ plus eē poterit / q̄ ex toto corde/ ex tota aīa/ ex tota mēte: Neq; eni restat in nobis aliqd qd addi possit ad totū: q; si restabit aliqd illud nõ erit totū. Proinde hoc erit p̄mū p̄ceptū iusticie/ q̄ iubemur diligere deum ex toto corde/ ex tota aīa/ ꝛ ex tota mēte: cui est de primo diligēdo alteꝝ cōsequēs/ qd ī illa vita cōplebim⁹/ cū videbim⁹ facie ad faciē: Sꝫ ideo nobis ħ etiā nūc p̄ceptū ē/ vt admoneremur qd fide exposcere/ q̄ spē pmittere: et obliuiscēdo q̄ retro sūt/ in q̄ anteriora nos extēdere ꝺbeam⁹. Ac p ħ q̄n tū mihi videṫ ī ea q̄ pficiēda ē iusticia/ multū

Matth.22.d. Jaco.3.a. 1.Cor.13.d. 1.Cor.13.d. Ar. q̄d fide exposceret: q̄d p̄omitteret: Phil.3.c.

in hac vita ille ꝓfecit/ qui ꝙ̃ longe sit a ꝑfe/
ctione iusticię ꝓficiēdo cognouit: Sed dici
Abacuk.2.a. pōt q̃dā iusticia minor huic vitę cōpetēs/ q̄
Roma.1.b. iustus ex fide viuit / ꝙ̃uis ꝑegrin⁹ a dn̄o: et
2.Cor.5.b. ideo ꝑ fidē ambulās/ nōdū ꝑ speciē/ non ab/
surde dicit̃ etiā ad istam ꝑtinere ne peccet:
Neq3 eni si esse nōdu3 potest tanta dilectio
dei/ quāta illi cognitioni plenę ꝑfecteq3 de/
betur/ iā culpę deputandū est: Aliud est eni
Al. tesse totā nōdū † assequi charitatē: aliud nullam
sequi cupiditatē: Q̄obrem debet hō ꝙ̃uis
longe min⁹ amet deū ꝙ̃ eū pōt amare con/
spectū/ nihil tn̄ appetere illicitū: sicut etiam
in his q̄ adiacent sensibus corporis potest
oculus nullis tenebris delectari/ ꝙ̃uis non
B possit in fulgētissima luce defigi. Uerū ecce
iam talem cōstituamus animā humanā in
Al. tquam hoc corruptibili corpore/ †quę etsi nōdū illa
supereminentissima ꝑfectione charitatis dei
oīnes motus terrenę libidinis absorbuerit
atq3 consumpserit: tn̄ in ista minore iusticia
ad illicitu3 aliquid operādū eidem libidini
nulla inclinatione cōsentiat: vt ad illā vitā
Deut.6.a. iā immortalē ꝑtineat: Diliges dn̄m deum
tuū ex toto corde tuo/ ⁊ ex tota anima tua/
Roma.6.b. ⁊ ex tota virtute tua. Ad hanc autē/ Nō re/
gnet peccatū in vestro mortali corpore ad
Exo.20.c. obediēdū desiderijs ei⁹: ad illā/ Nō concu/
Eccl.18.d. pisces: Ad istā/ Post ꝯcupiscētias tuas nō
eas: ad illā / Nihil amplius quęrere ꝙ̃ in ea
ꝑfectione ꝑsistere: Ad istam/ hoc qȯ agit in
opere habere/ ⁊ illius ꝑfectionē ꝓ mercede
sperare: vt ꝑ illam iustus sine fine viuat in
specie quā in ista desiderauit: ꝑ hāc autē iu/
stus viuat ex fide/ in q̄ illa certo fine deside
rat. His cōstitutis pctm̄ erit ex fide viuētis
aliq̄n alicui delectationi illicitę ꝯsentire: nō
tm̄ in illis horrendis facinorib⁹ et flagitijs
ꝑpetrandis/ verꝫ etiā in istis leuioribus/ vt
vel aurem alicui voci q̄ audienda nō esset/
vel linguā alicui q̄ dicēda nō esset/ accōmo/
det: vel in ipso corde aliquid ita cogitet/ vt
mallet licitū qȯ male delectat ⁊ ꝑ p̄ceptum
scit̃ illicitū/ etiā ista q̄ppe ꝯsensio ē ad pecca/
tum: q̄ vtiq3 fieret nisi pęna terreret. Tales
iusti ex fide viuentes non opus habent di/
Math.6.a. cere: Dimitte nobis debita nr̄a sicut et nos
dimittim⁹ debitorib⁹ nostris: falsumq3 esse
Ps.142. cōuincūt/ qȯ scriptū est: Nō iustificabit̃ in
1.Joh.1.c. cōspectu tuo oīs viuēs. Et illud: Si dixeri/
mus quia pctm̄ nō habem⁹/ nosipsos deci/
3.Reg.8.e. pimus ⁊ veritas in nobis nō est. Et illud:
Eccs.7.c. Quia nō est hō q̄ nō peccabit. Et illud: Nō
est iust⁹ i terra q̄ faciet bonū ⁊ nō peccabit.
Utrūq3 eni hoc testimoniū nō de p̄terito di
cit: id est peccauit: sed de futuro: id est pec/
cabit: ⁊ si q̄ alia in hāc sententiā sancta scri/
ptura cōmemorat. Sed qm̄ hęc falsa eē nō C
possunt/ illud esse cōseq̄ns video/ vt qualē
libet vel quantamlibet in hac vita potueri
mus definire iusticiā/ nullus in ea sit hoim
q̄ nullū habeat oīno pctm̄: omniq3 homini
sit necessariū dare vt detur illi: dimittere vt Luc.6.f.
dimittat̃ illi: et si quid habet iusticię/ nō de
suo sibi esse p̄sumere/ ſ de gratia iustifican/
tis dei: ⁊ adhuc tn̄ ab illo esurire ⁊ sitire iu/
sticiā q̄ ē panis viuus: ⁊ apȯ quē ē fons vi/
tę: q̄ sic opat̃ iustificationē in sctis suis i hu
ius vitę tēptatione laborātibus/ vt tn̄ sit ⁊
qȯ petentib⁹ largiter adijciat/ ⁊ qȯ cōfiten/
tib⁹ clemēter ignoscat. Sed inueniāt isti si
possunt aliquē sub onere corruptionis hui⁹
viuentē/ cui iā nō habeat de⁹ qȯ ignoscat: nisi
tn̄ eū fateantur nō doctrina legis datę/ sed
etiā infuso spū grē vt talis esset/ adiutum:
nō cuiuscemodi peccati crimē/ sed ipsi⁹ im/
pietatis incurrēt. Sane ꝙ̃q3 talē si testimo/
nia illa diuina cōpetenter accipiāt/ prorsus
inuenire nō possunt: nullo modo tn̄ dicēdū
est deo deesse possibilitatē/ qua volūtas sic
adiuuet̃ humana / vt nō solū iusticia ista q̄
ex fide ē/ omni ex parte modo ꝑficiat̃ in ho/
mine/ verūetiā illa scd̄m quā postea in ęternū
in ipsa ei⁹ cōtēplatiōe viuendū est. Quan/
doquidē si nunc velit etiā hoc corruptibile 1.Cor.15.g.
induere incorruptionē/ atq3 hic inter hoies
morituros eū iubere viuere minime mori/
turū / vt tota penitus vetustate cōsumpta
nulla lex i mēbris ei⁹ repugnet legi mētis/ Roma.7.d.
deūq3 vbiq3 p̄sente3 ita cognoscat sicut sctī
postea cognituri sūt/ quis demens audeat
affirmare nō posse? Sed q̄re nō faciat/ q̄rūt
hoies: nec qui q̄runt se attendūt esse hoies.
Scio q᷑ sicut ipossibilitas/ ita et iniq̄tas nō Roma.9.c.
est apud deu3: Et scio q᷑ sup̄bis resistit/ hu/ Jaco.4.b.
milibus autē dat gratiā. Et scio qȯ illi cui
ne extolleret̃ datus erat stimulus carnis an 2.Cor.12.b.
gelus sathanę qui eū colaphiȥaret/ semel ⁊
iterū ⁊ tertio dep̄canti dictū ē: Sufficit tibi
gratia mea: nā virtus in infirmitate ꝑficit̃.
Aliq̄d ergo ē in abdito ⁊ ꝓfundo iudicioꝝ
dei/ vt etiā iustoꝝ omne os obstruat̃ in lau
de sua / ⁊ non aperiat̃ nisi in laudē dei. Hoc
aute3 aliq̄d q̄s possit scrutari: q̄s vestigare: Roma.11.d.
q̄s nosse: tā sunt inscrutabilia iudicia ei⁹ et
inuestigabiles eius? Quis enim nouit sen/
sum dn̄i: aut q̄s cōsiliarius illi fuit? Aut q̄s
prior dedit illi ⁊ retribuet̃ ei: qm̄ ex ipso/ ⁊ ꝑ
ipsum/ ⁊ in ipso sunt omnia: Ipsi gloria in
sęcula sęculoꝝ: Amen.

Sancti augustini episcopi/ liber de spi/
ritu et littera explicit.

Argumentū

Diui aurelij augustini hipponēsis episcopi/ī librū de fide et operibus ex secūdo libro retractationum/argumentum.

2 Retract. ca.38.

1 Ūterea missa sunt mihi a quibusdā fratrib⁹ laicis qdē/ sed diuinorū eloquiorū studiosa scripta nonnulla:q̄ ita distinguerent a bonis opibus christianā fidē/ vt sine hac nō posse/ sine illis aūt posse perueniri suaderet ad ęternā vitā. Quib⁹ respōdēs librū scripsi:cui⁹ nomē est:De fide ꝛ operibus:In q̄ disputaui:nō solū quēadmodū viuere debeāt gratia dei regenerati/verūetiā quales ad lauacrū regenerationis admitti.

Capitulorū libri de fide ꝛ operibus sancti augustini recollecta annotatio.

1 Quō quibusdaꝫ videat̄ indiscrete oēs ad baptismū q̄ est in christo admittēdos esse/etiā si malā turpēq̄ȝ vitā emēdare noluerint ꝛ i ea se pseueraturos aperta cōfessione declarauerint.

2 Qꝫ licet ecclesia malorū cum bonis admixtionē sustineat/disciplinę tñ seueritatē nō omittit.

5 Qꝫ licet non oēs mali sint relinquendi impuniti/charitatiua tñ ꝛ misericors eis adhibenda est seueritas.

4 De nō seruātib⁹ modū/sed ad extrema semp declinantib⁹:nō solū in morib⁹ sꝫ etiā in scripturaꝝ expositionibus.

5 Qꝫ ppter malos nō sit recedēdū ab ecclesia:cū vero eis p quos regit̄ ecclesia assit salua pace potestas disciplinę aduersus improbos exercēdę/ nec patiētię noīe torpescāt/ nec obtentu diligentię sęuiant.

6 Qꝫ obstinatis in malis nō administretur baptisma donec ecclīastica instructione suscepta vitā mutauerint:nisi mortis discrimen immineat.

7 Cōparatio ṽginis / q̄ nesciēs alieno viro nupserit/ad ius ꝑdioꝝ:ꝛ de errore pbare volentiū ex apostoloꝝ epistolis baptiçandis de sola fide admonēdos/baptiçatos aūt de moribus.

8 Soluit obiectionē quā faciūt de petro in actibus aplorū/ad cui⁹ verbū baptiçati sūt vno die tria milia.

9 Soluit ꝛ aliā obiectionem de spadone quē baptiçauit philippus qui dixit: Credo filiū dei esse iesum christū.

Annotatio capitulorū

10 Quō intelligat̄ ṽbū apli:Nihil me dixi scire in vobis nisi christū iesū ꝛ hūc crucifixū: ꝛ q̄d sit christo cōcrucifigi.

11 Qꝫ ea ptineāt ad initia neophytorū q̄ p israelitarū ex ęgypto exeuntium figurā intelliguntur.

12 De petente baptismū ꝛ nō relinquente idolatriam q̄d sit faciēdū :similiter ꝛ de nō relinquente adulteriū.

13 Ex ꝑdicatione iohānis baptistę ꝛ christi pbat̄ nō baptismi soli⁹ adiutorio hominē venire ad vitam.

14 Qꝫ fides sola ad salutē non sufficit sine operibus.

15 Ex sentētia apli obscura/ vbi ait: Fundamētū eñ aliud nemo potest ponere ꝛc̄.quidā false arguūt/solā sine opib⁹ fidē christi habētes p ignē saluari.

16 Quid ipse augustin⁹ de apostoli sentētia sentiat.

17 Quō ꝛ quare a baptismo repellant̄ q̄ se malos pseueraturos pfitent̄/ ꝛ recusantibus ecclesiastica officia.

18 Qꝫ nō sit noua hęc doctrina de nō baptiçandis maliciā pfitentibus.

19 De falsa opinione dicentiū/tria tñ vitia excōmunicatione punienda: cętera elemosynis cōpensari.

20 Quę baptiçandi facere debeant vt sani facti dicant̄.

21 Qꝫ nō de oībus in speciali apli regulaꝫ cōstituere potuerūt:ꝛ quō ex minoribus debeāt iudicari grauiora.

22 Sine operibus bonis deū cognoscere nō sufficit: ꝛ quō intelligendū sit: Et si peccauerim⁹/tui sumus.

23 Qꝫ p iudiciū i scriptura intelligat̄ ęterna dānatio/nō aliqua mitior pęna.

24 Qꝫ libertas fidei nō sit fidelibus velamen malicię.

25 Quid p sanctū mādatū intelligat̄: ꝛ q̄ cognoscētes iusticiā turpiterq̄ȝ viuētibus/nō solū ignis transitoria pęna promittat̄.

26 Quō baptismo ꝯsona esse debeat christianorū vita:et de multipliciū malorū varijs medelis in ecclesia.

27 Pulchra epilogatio omniū ꝑdictorū.

Finis

Eiusdem diui aurelij augustini hipponensis episcopi/de fide et operibus/liber incipit.

Quõ qbusdã videaꝛ indiscrete oẽs ad baptismũ q̃ ẽ in christo admittendos esse etiã si malã turpẽqꝫ vitã emẽdare noluerint/ ꝛ in ea se pseueraturos aperta confessione declarauerint.

A Q Uibusdã videꝛ indiscrete oẽs admittẽdos esse ad lauacrũ regenerationis/ que est in christo iesu dño nostro: etiã si malam turpẽqꝫ vitã facinorib⁹ et flagitijs euidentissimis notã mutare noluerint atqꝫ in ea se pseueraturos apta etiã cõfessiõe declarauerint: Uerbi gratia: si qsqꝫ meretrici adheret: nõ ei prius pcipiaꝛ vt ab ea discedat ꝛ tũc veniat ad baptismũ/ sed etiã cũ ea manens mãsurusqꝫ cõfidẽs admittaꝛ et baptizeꝛ: nec impediaꝛ fieri mẽbrũ christi/ etiam si membrũ meretricis esse pstiterit: sed postea doceaꝛ q̃ sit hoc malum: iamqꝫ baptizatus de mutandis in meli⁹ morib⁹ instruatur. Peruersum eñ putãt atqꝫ preposterũ prius docere quẽadmodum debeat viuere christianus/ ꝛ deinde baptizari: Sed cẽsent pcedere debere baptismi sacramẽtũ: vt deinde sequaꝛ vite moꝛꝫ doctrina: quã si tenere ꝛ custodire voluerit vtiliter fecerit. Si autẽ noluerit/ ꝛ retenta fide christiana: sine qua in eternũ periret: in quolibet scelere inmũdiciaqꝫ pmanserit/ saluũ eũ futurũ tãq̃

1.Cori.3.c. p ignem: velut qui edificauerit sup fundamentũ qd est christ⁹ nõ aurũ/ argentũ/ lapides pciosos: sed ligna/ fenũ/ stipulam: id est nõ iustos castosqꝫ moꝛes/ sed iniquos ꝛ im-

B pudicos. Adhuc aũt videnꝛ disputatione impulsi: qs eos nouerit nõ admitti ad baptismũ: illos qui dimissis vxorib⁹ alias duxerint: vel feminas q̃ dimissis viris alijs nupserint: qꝛ hec nõ coniugia/ sed adulteria esse dñs christus sine vlla dubitatione testaꝛ. Cũ eñ negare nõ possent esse adulteriũ: qd

Math.5.e. veritas adulterium esse sine ambage cõfirmat: eisqꝫ suffragari vellent ad accipiendũ baptismũ/ quos hmõi laqueo ita captos viderint: vt si nõ admitterenꝛ ad baptismũ: sine vllo sacramento mallent viuere vel etiã mori/ q̃ dirupto adulterij vinculo liberari: humana quadã miseratione commoti sunt ad eoꝛũ causam sic accipiendã: vt oẽs cum eis facinoꝛosos ꝛ flagitiosos etiã nulla prohibitione correptos: nulla instructiõe correctos: nulla penitẽtia mutatos ad baptismũ admittendos esse censerent: existimantes eos nisi fieret/ in eternuꝫ perituros: Si aũt fieret/ etiam in illis malis pseuerantes saluos per ignem futuros.

Q2 licet ecclesia maloꝛuꝫ cũ bonis admixtione sustineat/ discipline tñ seueritatẽ nõ omittit. Ca. II.

Q Uibus respondẽs hoc primũ dico: ne quis ea testimonia scripturarũ q̃ cõmixtionẽ bonoꝛũ ꝛ maloꝛũ in ecclesia vel psentẽ indicãt/ vel futurã pnũciãt/ sic accipiat/ vt discipline seueritatem siue diligentiã soluẽdã oĩno atqꝫ amittendã/ nõ illis edoctus litteris/ sed sua opinatione deceptus existimet. Neqꝫ eñ quia Numeri.25. illã primi populi cõmixtionem moyses dei famulus patientissime pferebat: ideo nõ in multos etiã gladio vindicauit. Et phinees sacerdos adulteros simul inuẽtos ferro vltore cõfixit. Qd vtiqꝫ degradationib⁹ ꝛ excõmunicationib⁹ significatũ est esse faciendũ in hoc tpe: cũ in ecclesie disciplina visibilis fuerat gladius cessaturus. Nec qꝛ beat⁹ B

2.Cori.11.f. apostolus inter falsos fratres tolerantissime cõgemiscit: quosdã etiã diabolicis inui- Phil.1.b. dentie stimulis agitatos/ christũ tamẽ pdicare pmittit: ideo parcendũ cẽset illi q̃ vxo- 1.Cor.5.b. rem patris sui habuit: quẽ pcepit cõgregata ecclesia tradere sathane in interitum carnis/ vt spũs saluus fiat in die dñi nostri iesu christi. Aut ideo ipse alios tradidit satha- 1.timoth.1.d. ne/ vt discerẽt nõ blasphemare: aut frustra dicit: Scripsi vobis i epistola nõ cõmisceri 1.Cor.5.c. fornicarijs: nõ vtiqꝫ fornicarijs hui⁹ mũdi/ aut auaris/ aut raptoꝛibus/ aut idolis seruientib⁹: alioqn debueratis de hoc mũdo exire: nũc aũt scripsi vobis nõ cõmisceri: si qs frater nolaꝛ aut fornicatoꝛ/ aut idolis seruiens/ aut auar⁹ aut maledic⁹/ aut ebriosus/ aut rapax: cũ hmõi nec cibum quidẽ simul sumere: Quo eñ mihi de his q̃ foris sũt iudicare? Nõne de his qui intus sunt vos iudicatis? De his aũt qui foris sũt deus iudicabit: Auferte maluꝫ ex vobisipsis. Ubi quidam quod dictuꝫ est: Ex vobisipsis: ita intelligũt vt ex seipo vnusqsqꝫ auferat malũ: h ẽ/ vt ipse sit bon⁹. Sed quõlibet intelligatur: siue vt seueritate ecclie mali excõicationibus corripianꝛ: siue vt se qsqꝫ corripiẽdo ꝛ corrigendo a seipo auferat malũ: illud tñ qd supradictũ est/ nõ habet ambiguitateꝫ: vbi pcepit nõ cõmisceri fratrib⁹ qui in aliq̃ supdicto vitio noianꝛ. i. noti famosiqꝫ sũt.

Q2 licet nõ oẽs mali sint relin-

quendi impuniti/charitatiua tamen ⁊ misericors eis adhibenda est seueritas. Capitulum III.

Quo aũt animo ⁊ qua charitate misericors ista seueritas adhibenda sit: nõ solũ eo loco vbi ait: vt spiritus saluus sit in die dñi nostri iesu christi: sed alibi quoqꝫ euidenter ostendit dicens:
2. thessal. 3. d. Si quis nõ obaudit verbo nostro: ꝑ eplam hũc notate: et nolite cõmisceri cũ eo/vt erubescat: et non vt inimicũ eũ existimetis: sed corripite vt fratrẽ. Et ipse dñs exemplũ sin
Job. 6. g. gulare patiẽtię/ ꝗ etiaꝫ in duodecim aplis vsqꝫ ad passionẽ diaboluꝫ ꝑtulit. Et ꝗ ait:
Matth. 13. d. Sinite vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem: ne forte cũ vult᷑ colligere ziȥania/ simul eradi
Ibidem. f. cet᷑ ⁊ triticũ: Retiaqꝫ illa ĩ similitudine ecclesię vsqꝫ ad littus/hoc est vsqꝫ ad seculi finẽ bonos ⁊ malos pisces habituros ꝑdixit: Et cętera si qua de ꝑmixtiõe bonoꝝ et malorũ siue apte siue ꝑ similitudines locutus est/nõ ideo tamen omittendam censuit ecclesię disciplinam: immo vero admonuit adhibendam/quãdo ait: Attendite vobis:
Matth. 18. b. Si peccauerit in te frater tuus: vade ⁊ corripe eũ inter te ⁊ ipsum solũ. Si audierit te: lucratus es fratrẽ tuũ. Si aũt non audierit te: assume tecũ vnũ vel duos: vt in ore testium duoruꝫ vel triũ stet omne verbũ. Qꝫ si nõ audierit eos: dic ecclesię. Si autẽ nec ecclesiã audierit: sit tibi tanqꝫ ethnicus ⁊ pu
B blicanus. Deinde ipsius seueritatis terrorem grauissimũ adiecit/ etiã eo loco dicẽs: Quę solueritis in terra/soluta erũt ⁊ in cęlo. Que ligaueritis in terra: ligata erunt in cę
Matth. 7. a. lo. Prohibet etiã sãctũ dari canibus. Nec
1. timoth. 5. d. cõtrari⁹ est aplus dño quia dicit: Peccãtes corã omnib⁹ argue/vt ceteri timorem habeant: cũ ille dicat: Corripe eũ inter te ⁊ ipsũ. Vtrũqꝫ eni faciendũ est: sicut ⁊ infirmitat᷑ diuersitas admonet: eorũ quos vtiqꝫ non ꝑdẽdos sed corrigẽdos curãdosqꝫ suscepimus: ⁊ alius sic/ ali⁹ aũt sic sanãdus est: ita etiã est ratio dissimulãdi et tolerãdi malos in eccłia: et est rursus rõ castigãdi ⁊ corripiẽdi/nõ admittẽdi vel a cõione remouẽdi.

De non seruãtibus modũ/ sed ad extrema semꝑ declinãtib⁹: nõ solũ in moribus/sed etiã ĩ scripturarum expositionibus. Ca. IIII.

A Errant aũt hoies nõ seruãtes modũ: ⁊ cũ ĩ vnã partẽ ꝓcliuiter ire cęperint/nõ respiciũt diuinę auctoritatis alia testimonia quib⁹ possint ab illa intentione reuocari: ⁊ in ea ꝗ ex vtrisqꝫ temperata est veritate ac moderatione cõsistere. Nec in hac re tñ de qua nũc quęstio est: ꝫ etiã in aliis multis. Nã ꝗdã intuentes diuinarũ testimonia litteraꝝ/quib⁹ vnus de⁹ colendus insinuat᷑: eundẽ patrem qui est filius/sãctũqꝫ spiritũ putauerũt. Alii rursus veluti morbo cõtrario laborãtes/cũ attenderent ea ꝗbus trinitas declarat᷑: nec valerent intelligere quõ sit vnus deus: cũ ⁊ pater non sit filius: nec filius sit pater: nec spiritussanct⁹ aut pater aut fili⁹: diuersitates etiã substantiaꝝ asserẽdas putarunt. Quidã intuentes in scripturis sanctę virginitatis laudẽ cõnubia dãnauerũt. Quidã rursus ea testimonia cõsectãtes ꝗbus casta cõiugia ꝑdicant᷑/ ꝟginitatẽ nuptiis ęquerũt.
Quidã cũ legerẽt: Bonũ est frẽs nõ mãdu Roma. 14. d.
care carnẽ/neqꝫ bibere vinũ: etiã nõnulla similia creaturarum dei ⁊ ꝗs voluerũt escas ĩmundas esse senserunt. Quidã vero legen
tes: Oĩs creatura dei bona est: ⁊ nihil abii 1. timoth. 4. b.
ciẽdũ qđ cũ gratiarũ actione accipit᷑: in voracitatẽ vinolentiãqꝫ collapsi sunt: nec sibi valẽtes auferre vitia/nisi eis ecõtrario vel
tanta vel maiora succederẽt. Sic etiã ĩ hac B
causa quę habet᷑ ĩ manib⁹: quidã intuẽtes ꝓcepta seueritatis/ quib⁹ admonemur corripere inquietos: nõ dare sanctũ canib⁹: vt ethnicũ habere ecclesię cõtemptorẽ: a cõpage corporis mẽbruꝫ qđ scandaliȥat auellere: ita ꝑturbant ecclesię pacẽ/vt conent᷑ ante tempus separare ziȥania: atqꝫ hoc errore cęcati ipsi potius a christi vnitate separẽtur. Qualis nobis causa ẽ aduersus schisma donati. Et hoc nõ cũ illis qui nouerunt cecilianũ: nõ veris sed calũniosis criminib⁹ appetitũ: ⁊ ꝑnitiosam sententiã suã mortifero pudore nõ deserunt: sed cum illis quib⁹ dicim⁹ etiã si mali fuissent ꝓpter quos ĩ ecclesia nõ estis: Vos tamẽ eos ferẽdo quos emẽdare aut segregare minime poterat᷑/in ecclesia ꝑmanere debuistis. Quidam vero econtrario periclitantes/cum bonorũ malorũqꝫ ꝑmixtionẽ in ecclesia demonstratã vel ꝓdictã esse ꝑspexerint: ⁊ patiẽtię ꝓcepta didicerint: quę ita nos firmissimos reddũt vt etiã si videt᷑ in ecclesia esse ziȥania/ non tamẽ impediat᷑ aut fides/aut charitas nostra: aut qm̃ ziȥania esse in eccłia cernimus ipsi de ecclesia recedam⁹/instituendã putãt esse et ecclesiã ⁊ disciplinã/quãdã ꝑuersissimã securitatẽ ꝓposit᷑ tribuẽtes: vt ad eos nõ ꝑtineat nisi dicere ꝗd cauendũ/ꝗdue faciẽdũ sit: qđlibet aũt ꝗsqꝫ faciat nõ curare.

Qꝫ ꝓpter malos nõ sit recedendũ ab ecclesia: cũ vero eis ꝑ quos regit᷑ ecclesia assit salua pace pote

stas disciplinę aduersus impro/
bos exercendę / nec patientię no
mine torpescant / nec obtentu dili/
ligentię sęuiant. Ca. v.

A N Os vero ad sanā doctrinā ptinere
arbitramur ex vtrisq; testimonijs
tutā sententiā moderari: vt et ca/
nes in ecclesia ꝓpter pacē ecclesię toleremus:
Math. 7. a. & canib⁹ sanctū vbi pax ecclesię tuta est / nō
demus. Cū ergo siue p negligentiā ppositorū / siue p aliquā excusabilē necessitatē / si/
ue per occultas obreptiones inuenimus in
ecclesia malos quos ecclesiastica disciplina
corrigere aut coercere non possumus: tunc
nec ascendat in cor nostrū impia & pernitio
sa presumptio: qua existimem⁹ nos ab his
esse separandos / vt peccatis eorum non in/
quinemur: atq; ita post nos trahere cone/
mur veluti mūdos sanctosq; discipulos ab
vnitatis compage / quasi a malorum cōsor
tio segregatos: veniant in mentem illę de
scripturis similitudines et diuina oracula
vel certissima exempla: quibus demonstra
tū et ꝓnunciatum est / malos in ecclesia per/
mixtos bonis vsq; in finē sęculi tempusq;
iudicij futuros: & nihil bonis in vnitate ac
participatione sacramentorū qui eorum fa
B ctis non consenserint obfuturos. Cum ve/
ro eis p quos ecclesia regit / adest salua pa/
ce potestas disciplinę aduersus improbos
aut nefarios exercendę: tūc rursus ne socor
dia segniciaq; dormiam⁹ / alijs aculeis ꝓcę/
ptorum quę ad sęueritatem coertionis pti/
nent / excitandi sumus: vt gressus nostros
in via dn̄i ex vtrisq; testimonijs illo duce
atq; adiutore dirigentes / nec patientię no/
mine torpescamus / nec obtentu diligen/
tię sęuiamus.

Ut obstinatis in malis nō admi nistretur baptisma / donec ecclesia/ stica instructione suscepta vitā mu tauerint: nisi mortis discrimen im/ mineat. Capitulum vi.

A H Ac ergo scdm̄ sanam doctrinā mo
deratione seruata: videamus vn/
de agit: id est vtrū ad percipiendū
baptismū sic admittendi sunt homines vt
nulla ibi vigilet diligētia / ne sanctum cani/
bus detur. Usq;adeo nec apertissimi adul
terij ppetratores & eius pseuerātię ꝓfesso/
res a sacramēto tantę sanctitatis videant
arcendi: quo sine dubio nō admitterent / si
per ipsos dies quibus eandem gratiā per/
cepturi suis noibus datis abstinentia / ieiu
nijs / exorcismisq; purgāt: cū suis legitimis
& veris vxoribus se concubituros ꝓfiteren
tur: atq; hui⁹ rei cuius alio tempore licite:
paucis ipsis solennibus diebus nullam cō
tinentiam seruaturos. Quomodo igit ad
illa sancta recusans correptionē adulter ad
mittit: quo recusans obseruationē non ad/
B mittit coniugat⁹? Sed ꝑus inquiūt baptiçet:
deinde doceat qd ad bonā vitā moresq; p/
tineat: Fit hoc vbi quēq; forte dies vrget
extrem⁹: vt ad verba paucissima / quibus ta
men omnia continent: credat / sacramentū
q; percipiat: vt si ex hac vita migrauerit li/
beratus exeat a reatu ꝓteritorum omnium
peccatorum. Si autem saluus petit spaciū
discendi q̄ discēda sūt: qd aliud opportuni
us tempus reperiri potest quo audiat quē/
admodum fidelis fieri ac viuere debeat / q̄
illud cū attentiore animo atq; ipsa religio/
ne suspenso saluberrimę fidei sacramentuz
petit? An vsq;adeo dissimulam⁹ a sensibus
nostris: vt vel nosipsos non recordemur q̄
fuerimus attenti atq; solliciti qd nobis ꝓci
perent a quib⁹ cathecizabamur / cū fontis
illius sacramenta peterem⁹ / atq; ob hoc cō/
petētes etiā vocaremur: vel nō intueamur
alios qui p annos singulos ad lauacrū re/
generationis accurrūt: quales sint ipsis di/
ebus qb⁹ cathecizant / exorcizant / scrutan/
tur quanta vigilantia cōueniant: quo stu/
dio ferueant: qua cura pendeant. Si tunc
tempus non est discēdi quę vita congruat /
tanto qd accipere desiderant sacramento /
quādo erit? An vero cum acceperint in tan C
tis criminibus pmanētes / etiā post baptis/
mū nō noui homines sed rei veteres: vt vi/
delicet puersitate mirabili prius eis dicat:
Induite hoiem nouū: et cū induti fuerint /
postea dicatur: Exuite veterē: cū aplus sa/
nū ordinē tenens dicat: Exuite veterē et in Col. 3. b.
duite nouū: & ipse dn̄s clamet: Nemo assuit Math. 9. b.
pannū nouum vestimento veteri: et nemo
mittit vinuz nouū in vtres veteres? Quid
aūt aliud agit totū tēpus q̄ cathecuminorum
locum et nomē tenent / nisi vt audiant quę
fides et qualis vita debeat esse christiani:
vt cū seipsos ꝓbauerint / tūc de mensa do/
in tantũ discrimẽ ambiguitatis caput mit/
tere? Si autẽ factę fuerint: nescio vtrum hi
qui fecerint similiter ad baptismum nõ de/
bere videantur admitti.

Quę baptizandi facere debeãt vt sani facti dicant. Ca. XX.

Quantũ attinet igitur ad doctri/
nam salubrem veritatis: ne cuiq̃
mortifero peccato perniciosissima
securitas detur: vel etiã pestilentiosissima
tribuatur auctoritas: iste curationis ordo
est: vt baptizandi credant in deum patrem
et filium et spiritumsanctũ/ eo ritu quo sym
bolum tradit: et a mortuis operibus agant
pęnitentiam: omniumq3 se omino p̃terito/
rum remissionem in baptismo accepturos
esse non dubitent: nec vt peccare liceat/ sed
vt peccasse nõ noceat: vt sit factis remissio
nõ pmissio faciendi. Tunc vere dici potest
etiã spiritaliter: Ecce sanus factus es: iam Joh.5.c.
noli peccare: quod dominus de corporali sa/
nitate ideo dixit: quoniã sciebat ei quẽ sal/
uum fecerat/ meritis peccatorũ illũ etiã car
nis accidisse lãguorem. Ubi autem ei homi/
ni qui et baptizandus adulter ingreditur
et baptizatus adulter egreditur/ miror quo
mõ dici existiment: Ecce sanus factus es:

Quis eni grauis et exitiabilis morb⁹ erit/ si adulterium sanitas erit?

Qz nō de omib⁹ in speciali apostoli regulam cōstituere potuerūt: et quomodo ex minoribus debeant iudicari grauiora. Ca. xxi.

A Sed in tribus milibus inquiūt q̄s Act.2.g. B vno die apostoli baptiçarunt: et in tot milibus credentiū in quibus Roma.15.d. apostolus ab hierusalē vsq̄ in illyricū euāgelium repleuit: erant vtiq̄ aliqui qui alienis vxoribus copulati/ vel femine alienis maritis: in quibus regulā apostoli cōstituere debuerunt/ que deinceps in ecclesijs seruaretur: vtrum nō admitterent ad baptismū nisi illa adulteria correxissent: Quasi nō similiter aduersus eos dici possit/ q nō inueniunt aliquē cōmemoratum/ qui cum talis esset admissus est. Aut vō possint singulorū hominū crimina quod infinitū erat commemorari: cum generalis illa regula satis superq̄ sufficiat: vbi petrus pluribus verbis Act.2.f. testificās baptiçandis ait: Eripite vos ab hoc seculo prauo. Quis eni dubitet ad huius seculi prauitatē adulteria ptinere: et illos qui elegerunt in eadem iniquitate persistere? Similit aūt dici potest publicas meretrices/ quas vtiq̄ ad baptismū nisi ab illa turpitudine liberatas/ nulla admittit ecclesia: potuisse inueniri in tot milibus tunc credentiū p tot gentes: et de his suscipiēdis vel phibendis constituere aplos exempla debuisse. Uerūtamē de quibusdā minoribus possumus coniectare maiora. Si enim Luc.3.c. ad baptismum iohannis venientes publicani phibiti sūt aliqd amplius exigere q̄s qd eis fuerat constitutū: miror si venientibus ad baptismū christi posset pmitti adul B terium. Cōmemorauerūt etiam israelitas multa mala et grauia pperasse: et effudisse multū sanguinē pphetarū: nec tn̄ ex his factis penitus meruisse deleri: sed ex infidelitate sola q̄ in christū credere noluerunt: nō intuentes q peccatū eorū: nō hoc solum fuit quia in christū nō crediderunt/ verūetiā quia christū occiderūt: quorū vnum ptinet ad crimen incredulitatis: alterum ad crimē crudelitatis: Illud ergo est contra fidem rectam/ istud cōtra bonā vitam. Utroq̄ aūt Jaco.2.d. vitio caret qui fidem christi habet/ nō sine operib⁹ mortuā: que etiam in demonibus Gal.5.b. inuenit: sed fidem gratie que p dilectionē C operat. Hec est fides de qua dicit: Regnū Luce.17.e. celorum intra vos est. Hanc enim diripiūt qui vim faciūt credendo/ impetrantes spi Ro.13.c. ritum charitatis: vbi est plenitudo legis: si ne qua lex in littera reos faciebat etiam preuaricationis. Non itaq̄ putādum est ideo dictum: Regnū celorū vim patitur: et qui Math.11.b vim faciunt diripiunt illud: quia etiā mali tantūmodo credendo et pessime viuendo perueniunt in regno celorum: sed quia reatus ille preuaricationis quē sola lex: id est littera sine spiritu iubendo faciebat/ credendo soluit/ et violentia fidei spiritussanctus impetratur: per quem diffusa charitate in cordi Roma.5.a. bus nostris lex nō timore pene/ sed iusticie amore completur.

Sine operibus bonis deū cognoscere nō sufficit: et quō intelligendum sit: Et si peccauerimus tui sumus. Ca. xxii.

A Quaq̄ ergo mens incauta fallaB latur: vt se existimet deum cognouisse/ si eum fide mortua/ hoc est sine bonis operibus cōfiteatur more demonum: et ideo se iam non dubitet ad vitam eternam esse venturam: quia dominus dicit: Hec est autē vita eterna/ vt cognoscant Joh.17.a. te vnum verum deum: et quē misisti iesum christum. Uenire quippe debet etiā illud in mentē qd scriptum est: In hoc cognosci 1.Joh.2.a. mus eum: si mandata eius seruauerimus: qui dicit: quia cognouit eum et mandata eius nō seruat/ mendax est: et in hoc veritas non est. Et ne quisq̄ existimet mandata ei⁹ ad solam fidem pertinere: quāq̄ dicere hoc nullus est ausus: p̄sertim q mādata dixit: que ne multitudine cogitationes parerent in illis duobus tota lex pendet et pphete: Math.22.d. licet recte dici posset ad solam fidem ptinere dei mandata/ si non mortua sed viua illa intelligat fides que per dilectionē ope Gal.5.b. rat: tn̄ postea iohānes ipse aperuit quid diceret cū ait: Hoc est mandatum eius vt cre 1.Joh.3.d. damus nomini filij eius iesu christi: et diligamus inuicem. Hoc itaq̄ pdest in deum B recta fide credere/ deum colere/ deum nosse: vt et bene viuendi ab illo sit nobis auxiliū: et si peccauerimus ab illo indulgentiā mereamur: nō in factis que odit securi pseuerantes/ sed ab eis recedētes: eiq̄ dicētes: Ego Ps.40 dixi domine miserere mei: sana animā meā quoniam peccaui tibi: qd nō habent cui dicant qui non in eum credunt: et frustra dicunt: qui cum tam longe ab illo sint a gratia mediatoris alieni sunt. Hinc illa verba sunt in libro sapiētie: que nescio quomodo intelligit pniciosa securitas: Etsi peccaueri Sap.15.a. mus tui sumus: qm̄ sancti licet bonū et magnū deū habem⁹: q velit atq̄ possit penitētiū peccata sanare: non qui minime audeat

Ar.⁊ dispendere. pmanētes in malignitate ⁊ disperdere. Deni/
q; cū dixisset: Tui sum⁹/ addidit: sciētes po
tentiā tuā: vtiq; potentiā cui se subtrahere
nequeat/ aut occultare peccator. Ideoq; se
curus adiūxit: Non peccauim⁹ aūt/ sciētes
quoniā tui sum⁹ deputati. Quis eni digne
cogitans habitationē apud deum in qua
oēs p̄destinatione sūt deputati/ qui scḋm ꝓ/
positū vocati sunt: nō nitet ita viuere vt
tali habitationi cōgruat? Qḋ ꝗ ⁊ ioħes di/
1. Joh. 2. a. cit: Hęc scripsi vobis vt nō peccetis: ⁊ si qs
peccauerit aduocatū habem⁹ apud patrem
iesum christum iustū: ⁊ ipse est exoratio pro
peccatis nostris: non id ait vt cū securita/
te peccem⁹/ sed vt recedētes a pctō/ si qḋ ad
missū ē/ ꝓpter illū aduocatū quē nō habēt
infideles minime ð indulgētia desperem⁹.

Q: per iudicium in scriptura intelligatur ęterna damnatio/ non aliqua mitior pena. Ca. XXIII.

A Nec de his igit̄ verbis mitior illa cō
ditio ꝓmittenda est: sic in deū cre/
dere volētib⁹ vt pmaneāt in pdit̄
moribus: multo min⁹ de illis vbi aplus ait:
Roma. 2. b. Qui sine lege peccauerūt/ sine lege pibunt.
Qui aūt in lege peccauerunt/ p legē iudica
bunt: tanq; hoc loco aliquid distet inter pe
rire ⁊ iudicari: cū alio verbo hoc idē signifi/
catū sit. Solent eni scripturę iudiciū etiā ꝓ
eterna dānatione ponere. Sicut in euāge/
Joh. 5. e. lio dñs loquit: Ueniet hora i qua oēs qui
sunt in monumētis audiēt vocē ei⁹/ et ꝓce/
dent qui bene fecerūt in resurrectionē vitę:
qui aūt mala egerūt in resurrectionē iudi/
cij. Neq; illud dictū est: hoc qui crediderūt
illud autē q nō crediderūt: sed hoc illi q bñ
egerūt/ illud qui male egerūt. Inseparabi/
Gal. 5. b. lis est q̄ppe bona vita a fide/ q̄ p dilectionē
operat: immo vero ea ipa ē bona vita. Ui/
dem⁹ itaq; resurrectionē iudicij dixisse dñm
ꝓ resurrectiōe dānatiōis ęternę. De omni/
bus quippe resurrecturis/ vbi ꝓculdubio
erāt etiā hi q oīno nō credūt: neq; eñ ipi nō
sunt in monumentis/ duas partes fecit: ali
os in resurrectionē vitę: alios in resurrectio
B nē iudicij resurrecturos declarās. Qḋ si di/
cunt: non ibi intelligendos etiā eos q oīno
nō credunt/ sed eos qui p ignem salui erūt
qr crediderūt/ etiā si male vixerunt: vt eorū
trāsitoriā pęnā iudicij nomine significatā
arbitrent. Qḋ q̄ hi impudentissime dicat: cū
omnino dñs omnes resurrecturos: in qui/
bus sine dubio ⁊ increduli erunt: in duo di
uiserit/ vitam ⁊ iudiciū: ita volēs iudicium
⁊ ęternum intelligi q̄uis hoc nō addiderit
sicut et vitā: Neq; eni ait in resurrectiōe vi/
tę ęternę: cū aliud vtiq; intelligi noluerit.
Uideant tamē quid respōsuri sint vbi ait:
Joh. 3. c. Qui aūt nō credit/ iam iudicatus est. Nam
hic ꝓculdubio aut iudiciū ꝓ pęna ęterna
positū intelligunt aut p ignem saluos futu
ros etiā incredulos dicere audebunt: quo/
niam qui non credit inquit iam iudicatus
est: hoc est iam iudicio destinatus: ⁊ nō erit
qḋ ꝓ magno beneficio polliceant credenti
bus nequiterq; viuentib⁹: q̄si et hi qui non
credunt nō erunt pdendi/ sed iudicādi. Qḋ
si dicere nō audent: nō audeant aliquid mi
tius polliceri eis de quib⁹ dictū est: p legē
iudicabunt: qr cōstat iudiciū etiā ꝓ ęterna
C damnatione solere nominari. Quotquot
inuenimus nō solū minime mitioris/ verū
etiā deterioris cōditiōis esse illos qui scien/
tes peccant. Hi sunt eni maxime qui legem
Roma. 4. c. accęperūt. Nam sicut scriptum est: Ubi lex
non est/ nec p̄uaricatio. Hinc eni est ⁊ illud:
Roma. 7. b. Cōcupiscentiā nesciebā nisi lex diceret: Nō
cōcupisces: Occasiōe itaq; accępta peccatū
p mandatū operatū est in me omnē cōcupi/
scentiam: et alia multa quę de hac re idem
apostolus dicit. Ab hoc reatu grauiore li/
berat gratia spiritussancti p iesum christū
Roma. 5. a. dñm nostrum: quę diffusa charitate in cor/
dibus nostris donat iusticię delectationē
qua immoderatio cōcupiscentię superetur.
Hinc itaq; confirmat: nō solum nihil miti⁹
sed grauius aliquid intelligendum: de qui/
Roma. 2. b. bus dictū est: Qui in lege peccauerunt per
legem iudicabuntur: q̄ de illis qui sine le/
ge peccantes sine lege peribunt: Nec pro
pęna transitoria hoc loco dictū iudiciū: sed
ꝓ ea qua etiā nō credētes iudicabunt. Nā
qui hac vtunt sententia ad ꝓmittēdam sa/
lutem p ignem/ illis qui etiā credentes pessi
Ibidem. me viuūt/ vt eis dicāt: Qui sine lege pecca
uerunt sine lege peribunt: qui autē in lege
peccauerunt p legem iudicabunt: tanq; di
ctum sit: non peribūt/ sed p ignē salui erūt:
Nec illud attendere potuerūt/ hoc aposto
lum de illis qui sine lege/ ⁊ illis qui in lege
peccauerunt dixisse: cum de gentibus ⁊ de
iudęis ageret: vt non tm̄ gentib⁹/ sed vtris/
q; gratiā christi qua liberarent necessariam
demonstraret: qḋ totum ipsa epistola ad ro
D manos euidenter ostendit. Iam ergo etiā
iudęis in lege peccātibus de quibus dictū
est: per legem iudicabunt: nō eos liberante
gratia christi promittant si placet per ignē
salutem: quoniam de his dictum est/ per le
gem iudicabunt. Quod si non faciunt con
tra seipsos veniunt/ qui eos grauissimo in/
fidelitatis crimine obstrictos esse dicūt: vt

qd trāſferūt ad infideles ⁊ fideles: in eo qđ
ad fideꝫ chriſti attinet illud qđ dictū eſt de
his qui ſine lege / ⁊ his qui in lege peccaue/
runt: cū de iudeiſ ⁊ de gentib⁹ agereť / vt ad
chriſti gratiā vtrīq; inuitarenť.

Qr libertas fidei nō ſit fidelib⁹ velamē malicie: Ca. XXIIII.

A Eq; enī dictū ē: Qui ſine fide pec/
N cauerunt ſine fide peribūt: qui aūt
Roma. 2. b. ī fide peccauerūt / ꝑ fidē iudicabūť:
ſed ſine lege dictū eſt ⁊ ī lege / vt ſatꝭ appare/
ret illā cām tāgi: q̄ īter gētes ⁊ iudeos age/
bať: nō q̄ inter bonos maloſq; chriſtianos:
q̄ſi illo loco legē ꝓ fide accipi volūt: qđ
nimis īportunū ⁊ abſurdū ē: etiā hinc aper
tiſſimā poſſunt legere ſniam apli petri: qui
cū loq̄reť de his q̄ in occaſione carnis acce/
perāt ⁊ in velamētū malicie qđ ſcriptū eſt:
Nos ad nouū teſtamētū ꝑtinētes / nō ancil
Gal. 4. d. le filios eſſe ſ; libere: q̄ libertate chriſt⁹ nos
liberauit: ⁊ putauerāt h̄ eē libere viuere: vt
tāq; de tāta redēptione ſecuri q̄cq̄d liberet
licere ſibi arbitrarēť: nō intuētes qđ dictū
Gal. 5. b. eſt: Uos in libertatē vocati eſtꝭ frēs: tm̄ ne
libertatē in occaſioneꝫ carnis detis. Unde
1. Petri 2. c. et ip̄e petrus dicit: Liberi nō ſicut velamē/
tum malicie habētes libertatē. Ait de illis
⁊ in ſecūda epiſtola ſua: Hi ſunt fontes ſicci
2. Petri. 2. d. ⁊ nebule a turbine exagitate / q̄b⁹ caligo te/
nebrarꝫ reſeruata eſt: ſupba em̄ vanitatꝭ lo/
quētes / illiciūt in ꝯcupiſcētijs carnis impu
dicitie eos q̄ paululū effugerūt / ī errore cō/
uerſati / libertatē illꝭ ꝓmittētes cū ipſi ſerui
ſint corruptiōis: A q̄ enī q̄s deuict⁹ ē: huic
⁊ ſeru⁹ addict⁹ eſt. Si em̄ refugiētes coinq̄/
natiōes mūdi in agnitionē dn̄i nr̄i ⁊ cōſer/
uatoris ieſu chriſti his ruſus īplexi ſuperā
tur / facta ſūt illis poſteriora deteriora prio/
rib⁹. Melꝰ enī erat illis nō cognoſcere viā
iuſticie: q̄ cognoſcentibus retrorſū reflecti
a tradito ſibi ſctō mādato: Cōtigit em̄ illis
res veri ꝓuerbij: Canis reuerſus ad ſuū vo
mitū: et ſus lota in volutabris ceni. Quid
adhuc ꝓmittiť ꝯ iſta manifeſtiſſimā verita
tē ꝯditio melior: his q̄ ꝯgnouerūt viā iuſti/
cie / h̄ eſt dn̄m chriſtū ⁊ ꝑdite viuūt q̄ſi oīno
nō cognouiſſēt: cū aptiſſime dicať: Melꝰ erat
Ibidem. illis nō cognoſcere viā iuſticie q̄ cognoſcentib⁹
retrorſū reflecti a tradito ſibi ſctō mādato?

Quid ꝑ ſanctū mandatū intelligať: ⁊ q̄ cognoſcētes iuſticiā turpiterq; viuētib⁹ / nō ſolū ignīſ trāſitoria pena ꝓmittať: Ca. XXV

A Eq; enī illud h̄ loco intelligēdū eſt
N ſctm̄ mandatū qđ p̄ceptū eſt / vt in
deū credam⁹: q̄ eo ipſo totū ꝯti/
neť / ſi eā intelligam⁹ fidē credētiū q̄ ꝑ dile/ Gal. 5. b.
ctionē opať: ſ; apte expſſit q̄d diceret ſāctū
mādatū: id ē q̄ p̄ceptū ē / vt ab hu⁹ mūdi co
inq̄natiōib⁹ recedētes / caſta ꝯuerſatiōe vi/
uam⁹. Sic em̄ ait: Si enim refugiētes coin/ 2. Petri. 2. d.
q̄natiōes mūdi / in agnitionē dn̄i nr̄i ⁊ cōſer
uatoris ieſu chriſti / his ruſus īplexi ſuperā
tur: facta ſūt illis poſteriora deteriora prio/
rib⁹. Nō ait / refugiētes ignorātiā dei: aut re
fugiētes infidelitatē ſeculi / vel tale aliq̄d: ſ;
coinq̄natiōes mūdi / in q̄b⁹ ē vtiq; oīs īmū/
ditia flagitiorꝫ. Nā de his ſuperius loquēs
dixit: Cōcpulātes vobiſcū / oculos habētes Ibidem. c.
plenos adulterij / ⁊ indeſinētꝭ pcti. Ideo etiā
fontes ſiccos eos appellat: fontes videlicet /
qđ accēperint agnitionē dn̄i chriſti: ſiccos
aūt / q2 nō cōgruenter viuūt. De talib⁹ q̄ppe
etiā iudas apl̄s loquēs: Hi ſūt inq̄t q̄ in di/ Jude. d.
lectiōib⁹ vr̄is maculati copulanť ſine timo
re ſemetip̄os paſcētes: nubes ſine aq̄: ⁊ cete
ra. Qđ enī petr⁹ ait: Cōcpulantes vobiſcū
oculos habētes plenos adulterij: h̄ iudas / ī
dilectionib⁹ vr̄is maculati copulāť: Mixti
ſūt enī bonis ī epulis ſacramētorꝫ ⁊ dilecti/
onib⁹ plebiū. Et qđ petr⁹ ait / fōtes ſiccos: h̄
iudas / nubes ſine aq̄: hoc iacob⁹ / fides mor Jaco. 2. d.
B tua. Nō itaq; ꝓmittiť pena ignis trāſitoria
turpiter ſceleratēq; viuētib⁹ / q2 viā iuſticie
cognouerūt: q̄b⁹ melꝰ erat nō cognoſcere: ſi
cut veraciſſima ſcriptura teſtať. De talib⁹
q̄ppe etiā dn̄s ait: Et erūt nouiſſima illꝰ ho Matth. 12. d.
minis peiora q̄ erant prima: q̄m purgatio/ Luce. 11. d.
nis ſue habitatorē ſpm̄ ſctm̄ nō recipiēs / fe/
cit ī ſe immūdū ſpm̄ mltipliciorē redire. Ni/
ſi forte iō ſūt iſti / d̄ q̄b⁹ agiť / meliores habē
di: q2 nō redierūt ad īmūdiciā adulteriorꝫ:
ſ; ab ea nō receſſerūt: nec purgati ſe ruſus
inq̄nauerūt / ſed purgari recuſauerūt. Neq;
em̄ vt releuata ꝯſciētia intrēt baptiſmū / di/
gnanť ſaltem vomere priſtinas īmūdicias:
q̄s canū more iterꝫ ſorbeāt / ſ; in lauacri ip/
ſius ſctitate ꝑtinacꝭ crudo pectore indige/
ſtā neq̄tiā tenere cōtēdūt: nec occultāt eam
pollicitatiōe vel ficta / ſ; īpudētia ꝓfeſſiōis
eructāt: nec exeūtes de ſodomis more vxo/ Gen. 19. c.
ris loth ī p̄terita iterꝫ attēdūt: ſ; oīno de ſo/
domis dedignāť exire: imo ad chriſtū cū ſo
domis conāť ītrare. Paulus apl̄s dič: Qui 1. timoth. 1. c.
pri⁹ fui blaſphem⁹ ⁊ pſecutor ⁊ iniurioſus:
ſed miſcōiam ꝯſecut⁹ ſū: q2 ignorās feci ī in
credulitate. Et iſtis diciť: Tūc poti⁹ miſeri/
cordiā cōſeq̄mini: ſi ſciētes male vixeritis ī
ip̄a fide. Nimis lōgū eſt ⁊ pene infinitū oīa
teſtimonia ſcpturarꝫ velle colligere: q̄b⁹ ap/
paret nō ſolū nō eē mitiorē cām eorꝫ q̄ ſciē/
tes / q̄ q̄ neſciētes vitā equiſſimā / et iniq̄ſſi/
ſimā ducūt: verū etiā hoc ip̄o eſſe grauiorē.

D

Proinde ista suffecerint

Quõ baptisino cõsona ẽẽ debe at christianoꝝ vita: ⁊ de mltipliciũ malorũ varijs medelis i ecclesia.

A Aueamꝰ ꝙ diligẽter Ca. XXVI
c in adiutorio dñi dei nr̃i non facere
hoïes male securos: dicẽtes eis/ ꝙ
si fuerint in christo baptiçati / quomõlibet
in ea fide vixerint/ eos ad salutẽ ęternã esse
venturos: nec sic faciamus christianos quõ
Matth. 23. b. iudęi proselytos: quibꝰ dñs ait: Ue vobis
scribę ⁊ pharisęi qui circuitis mare ⁊ ter/
rã facere vnũ ꝓselytũ: cũ aũt fecerit/ facit
eũ filiũ gehẽnę duplo ꝙ vos estis: sed po/
tiꝰ sanã doctrinã dei magistri i vtroqꝫ tene/
amꝰ: ⁊ scõ baptismo cõsona sit vita christi/
ana: ne cuiquã hoï si vtrũlibet defuerit vita
Joh. 3. a. ꝓmittat ęťna. Qui eni dixit: Nisi qs rena/
tus fuerit ex aq̃ ⁊ spũ/ nõ itrabit i regnũ cę/
Matth. 5. c. loꝝ: ipse etiã dixit: Nisi abũdauerit iusticia
vr̃a sup scribaꝝ ⁊ pharisęoꝝ/ nõ itrabit i re
Matth. 23. a. gnũ celoꝝ. De illis qppe ait: Scribę ⁊ phari
sęi cathedrã moysi sedẽt: ꝙ dicũt facite/ ꝙ au
tẽ faciũt facere nolite: Dicunt eni ⁊ nõ faci/
B unt. Ergo iusticia eoꝝ ẽ dicere/ ⁊ nõ facere:
ac ꝑ hoc nostrã ẽẽ voluit abũdantẽ sup illorũ
dicere ⁊ facere: ꝙ si nõ fuerit/ nõ intrabit i re
gnũ cęloꝝ: nõ qꝛ qsquã ita debet extolli/ vt
nõ dicã apud alios iactare: sed apud seipsuꝫ
putare audeat/ se in hac vita ẽẽ sine pctõ: sꝫ
nisi essent ꝗdã ita grauia vt etiã excõicatiõe
1. Cor. 5. b. plectẽda sint: nõ diceret aplus: Cõgregatis
vob ⁊ meo spũ tradere eiusmodi hoïem sa/
thanę i interitũ carnis: vt spũs saluꝰ sit i die
2. Cor. 12. g. dñi iesu. Ubi etiã dicit: Ne lugeã mltos ex
his q ań peccauerũt et nõ egerũt pęnitẽtiã
sup imũdiciã ⁊ fornicatiõeꝫ quã gesserunt.
Itẽ nisi eẽnt ꝗdã nõ ea hũilitate pęnitẽtię
sanãda qlis i ecclia dat eis q ꝓprię pęniten
tes vocãt: sed qbusdã correptionũ medica/
Matth. 18. b. mẽtis/ nõ diceret ipe dñs: Corripe eũ inter te
⁊ ipm solũ: ⁊ si te audierit lucratꝰ es fratrem
tuũ. Postremo nisi essent ꝗdã sine qbꝰ hęc
vita nõ agit: nõ qtidianã medelaꝫ poneret
Matth. 6. b. in oratione quã docuit: vt dicamꝰ: Dimit/
te nobis debita nr̃a: sicut et nos dimittimꝰ
debitoribus nostris.

Pulchra epilogatio omniũ ꝑdictorum. Capitulũ. XXVII

A Ain satis quãtũ arbitror de illa to
i ta opinione qd mihi videret expo/
sui: vbi tres qstiões mouet: Una
de ꝑmixtiõe in ecclia bonoꝝ ⁊ malorũ tãqꝫ
tritici et çiçaniorũ: vbi cauẽdũ ẽ ne ideo pu/
temꝰ esse ꝓpositas istas silitudines/ vel hãc
vel de imũdis i arca aialibꝰ: vel ꝗcũqꝫ alia idẽ
significãt/ vt dormiat ecclię disciplinã: de q
in figura illiꝰ mulieris dictũ ẽ: Seuerę sũt cõ Prouerb. 2. d
uersatiões domꝰ eiꝰ: sed vt nõ cousqꝫ ꝓgredi
atur demẽtię potiꝰ temeritas/ ꝙ seueritas
diligẽtię: vt quasi bonos a malis ꝑ nefaria
schismata separare ꝓsumat. Neqꝫ eni ꝑ has
silitudines ⁊ ꝓnũciatiões cõsiliũ desidię da
tũ est bonis: q negligãt qd ꝓhibere debẽt:
sed patiẽtię q ꝑferãt salua doctrina verita/
tis qd emẽdare nõ valẽt. Nec qꝛ scriptũ est
introisse ad noe in arcã etiã imunda aialia: Gen. 7. c.
ideo ꝓpositi vetare nõ debẽt si q imũdissi/
mi ad baptismũ velint intrare saltãtes/ qd
est certe mitiꝰ ꝙ męchantes: sed ꝑ hanc figu/
rã rei gestę ꝓnũciatũ est/ imũdos i ecclia fu/
turos ꝓpter tolerãtię rõnẽ / nõ ꝓpter doctrinę
corruptionẽ/ vel disciplinę dissolutionem:
Nõ eñ qcũqꝫ libuit intrauerũt imũda aia/
lia arce cõpage ꝯfracta/ sed ea integra ꝑ vnũ
atqꝫ idẽ ostiũ qd artifex fecerat. Altera quę B
stio est: i q eis visũ est fideꝫ solã baptiçãdis
esse tradendã: postea vero iã baptiçatos do/
cẽdos esse de moribꝰ: sed satis demõstratũ est
nisi fallor/ tũc magis ꝑtinere ad curã specu/
latoris: cũ oẽs q fideliũ cõpetũt sacramen/
tũ oia q dicunt intẽtiꝰ ⁊ sollicitus audiũt
nõ tacere de pęna quã male viuentibꝰ dñs
cõminat: ne in ipo baptismo rei sint grauis/
simorũ criminũ/ q veniũt vt remittat reatꝰ
oim pctõꝝ. Tertia qstio est ꝑiculosissima/ q
parũ ꝯsiderata / ⁊ nõ sm diuinũ eloquiũ ꝑ/
tractata/ tota illa opinio mihi videt exorta:
in q ꝓmittit scelestissime turpissimeqꝫ viuẽ
tibꝰ/ etiã si eo mõ viuere ꝑseuerẽt: ⁊ tñmõ
credãt in christũ / eiusqꝫ sacramẽta ꝑcipiãt/
eos ad salutẽ vitãqꝫ ęternã ẽẽ vẽturos: ꝯtra
aptissimã dñi sniam: q desiderãti vitã ęter/
nã r̄ndit: Si vis venire ad vitã serua man/ Matth. 19. A
data: et cõmemorauit ꝗ mãdata: vbi ea scꝫ
pctã vitant: qbus nescio quõ salus ęterna
ꝓmittit ꝓpter fidẽ sine opibꝰ mortuã. De Jaco. 2. d.
his tribꝰ quęstionibꝰ satis quãtũ existimo C
disputaui: demõstrauiqꝫ sic tolerãdos in ec
clesia malos: vt nõ negligat ecclastica di/
sciplina: sic cathecizãdos eos q baptismuꝫ
petũt/ vt nõ solũ audiãt atqꝫ suscipiãt quid
credere/ verũ etiã qliter viuere debeãt: sic ꝓ
mitti fidelibꝰ vitã ęternã/ vt non etiã ꝑ fidẽ
mortuã q sine opibꝰ saluare non põt: ad eã
se quisqꝫ ꝑuenire posse arbitretur/ sed ꝑ illã
fidẽ grẽ q ꝑ dilectionẽ operat. Nõ itaqꝫ cul Gal. 5. b.
pent dispẽsatores fideles: nõ sua negligen
tia vel pigritia/ sed quorũdã potiꝰ cõtuma/
cia: q pecuniã dñicã recusant accipere: ⁊ ad/
ulterinã suã cogũt seruos dñicos erogare:
dũ nolũt saltem tales esse mali qles sancꝰ

cyprian⁹ cōmemorat: Seculo ꝟbis solis et nō factis renūciantes: q͞ñ nec verbis renūciare diaboli opibus volūt: cū se in adulterio pmāsuros voce aptissima pfitenł: si q̄d ab eis dici solet qd forte disputādo nō atti gi tale esse arbitratus sum/cui mea respon sio necessaria non fuisset: siue qd ad rem de qua agił non ptineret: siue qd tā leue esset/ vt a quolibet redargui facillime posset.

Sancti augustini episcopi liber de fide ꝛ operibus Explicit.

Diui aurelij augustini hipponē sis epi in opus cui⁹ titulus ē: Breuiculus collationū/ argumentū ex secundo libro retractationū.

2. Retract. ca. 39. Osteaq̄ facta ē cū donatistis nostra collatio/ breuił cōmemoraui q̄ gesta sūt: litterisq̧ cōphēdi scdm tres dies/ q̄bus cū eis cōtulim⁹: idq̧ opus vtile existimabā q̄ qsq̧ cōmonit⁹/ vel sciat sine labore q̄d actū sit/ vel cōsultis numeris: quos reb⁹ singulis annotaui: legat in eisdē gestis ad locū q̄cūq̧ voluerit: qm fatigāt illa nimia plixitate lectorē. Huius aūt operis titulus est: Breuiculus collationū.

Locorum primi diei Breuiculi collationum/ sancti augustini recollecta annotatio.

1 Primo die ꝛ loco recitał īpatoris rescriptum/ vt collatio celebretur.
2 Recitał cognitoris edictū/ donatistas beneficijs ad cōferendū inducēs.
3 Alterū cognitoris recitał edictū sup locο ꝛ modo habēdę collatiōis.
4 Recitata est notaria donatistarū/ ꝛ oīa q̄ ante collationis diē acta fuerāt.
5 Catholicorū recitatę sūt litterę de perquirenda veritate ex vtraq̧ pte: ꝛ de causa maximianistarū.
6 Cognitoris recitatū est edictū ad pplm.
7 Catholicorū litterę ad cognitorē recitatę sunt/ et q̄ vera sit ecclia demonstratum: de iniuria etiā ceciliani: ꝛ nō iterato maximianistarū baptismate.
8 Perquirił donatistarū ppositū: qui exceptionis causam subdole recēsentes cognitoris responso reprimunł.
9 Donatistę petūt secū agi diuinis scripturis: catholici petierūt legi mādatum catholici cōcilij qd et post plurimas cōflictiones obtinuerūt.
10 Mandatū catholici cōcilij recitatū est: de pfectu ꝛ vnitate ecclię: de innocētia ceciliani: de maximianistis: de psecutione illata catholicis: de cōmunionis cōtagione.
11 Cognitor interloquił p catholicis: donatistę subscriptorū psentiā requirūt: catholici psentare eos recusant pmo: sed pter spem donatistarū tandē introducunt.
12 Ingrediūł subscriptores oēs: victorianus epus querimoniā pponit: catholici primiani omissam reba pticatione inducūt: cognitor interloquił.
13 Oēs a cognitore sedere iubēł: donatistę cōsedere catholicis recusarūt.
14 Mandatū donatistarū recitatū est: ex q̄ et de mēdacijs plurimis ꝛ fictionib⁹ cōuicti sūt: tā in traditiōe nūeri epōrū suorum/ q̄ in subscriptione carthaginē facta.
15 Vtriq̧ collationē distulerunt in pendinū diē pter emensum iam diem.

Eiusdē diui augustini hipponē sis episcopi/ opis Breuiculi collationū/ Collatio primi diei.

Quare hoc opus Breuiculi cōscripserit: Prefatio

Cum catholici epi ꝛ ptl donati/ iussu impatoris disputādo iter se gesta apud tribunū ꝛ notariū mercellinū cognitorē habitł ptulissēt/ multū plixa eorūdē gestorū ē facta pscriptio: q̄uis posset totū multo breui⁹ agi. Sȝ q̄ causam bonā nō se habere sciebāt: id egerūt pmū q̄tū potuerūt/ vt ne ipa collatio fieret: ꝛ vt prorsus causa ipa nō ageref. Sȝ qꝛ hoc obtinere minime potuerūt: id effecerūt multiplicitate gestorū: vt qd actū ē/ nō facile legeref. Vñ visū est isto breuiario cuncta cōplecti: vt ad signa nūerorū q̄ ꝛ in isto breuiculo ꝛ in ipis gestis annotāł sine difficultate q̄sq̧ inueniat qd voluerit.

Primo die et loco recitał impatoris rescriptū vt collatio celebreł.

1 Ngressis itaq̧ vtrisq̧ partib⁹/ primo loco recitatū ē rescriptū impeatoris: q̄ iussit collationē inter memoratos epos fieri/ vt supstitionē manifesta ratio cōfutaret.

Secūdo loco recitał cognitoris edictū/ donatistas bñficijs ad cōferendū inducētis.

2 Ecūdo loco recitatū est edictū ipi⁹ cognitoris qd p puinciā misit vt cōuenirenł vtriusq̧ ptis epi/ ꝛ in

tra diē calēdarū iuniarū cōferēdi causa/ cō/
gregarent carthagie. In eo edicto basilicas
sine iussiōe impatoris reddidit donatist(: q
se pollicerent eē vēturos: vt eo mō eos ad cō
ferēdū etiā bñficijs inuitaret. In eodē etiā
edicto obtulit eis/ vt aliū quē vellēt cū illo
iudicē cōstituerēt: iurauitq; se b iudicaturū
qð v̇itas suasisset/ ⁊ cetera q̄ ad exhortatio/
nē cōgregatiōis illoꝝ eodē ꝯtinerent edicto.

Tertio loco alterū cognitoris recitat edictum sup loco et modo habende collationis.

t Ertio loco recitatū est alterum co/
gnitoris edictū: qð ꝓposuit iā p̄/
sentib⁹ apud carthaginem vtriuſ/
q; ptis ep̄is: q̄ locus et q̄ modus collatiōis
futurus esset/ supradicto die itidē cōmemo/
rato ⁊ cōstituto: ⁊ admonuit vt ei ps vtra/
q; rescriberet/ vtrū placerent quos cōphen/
dit edicto.

Quarto loco recitata ē notaria donatistaꝝ/ ⁊ omnia que ante col lationis diem acta fuerant.

q Uarto loco cū ptis donati ep̄i exi/
gerent proponi sibi ab aduersarijs
qua cā fuissent ꝯgregati: cognitor
distulit/ vt ex ordine pri⁹ oīa recitarent que
ante diē collatiōis acta fuerāt. Et recitata ē
notaria donatistarū: in q̄ dixerunt/ nō sibi
placere qð in edicto suo posuit/ vt hi soli ex
ep̄is cōuenirēt ad collatiōis locū q̄s ad ip/
sam cām pagendā ceteri delegissent: q̄ oēs
trigintasex cōplebant: decē ⁊ octo hinc/ ⁊
decē ⁊ octo inde. i. septē q̄ iter se disputarēt:
⁊ alij septē q̄ cōcilio si opus esset adhiberēt:
⁊ alij q̄terni q̄ gestis custodiēdis ⁊ cōscribē/
dis p̄essent: ſ petiuerūt se oēs poti⁹ q̄ vene/
rāt adesse debere: vt eoꝝ nūerus appareret:
dicētes q; eos aduersarij paucos esse men/
titi sint. Ibi dixerūt ita se oēs venisse vsq;
ad grauissimos senes/ vt hi soli deessēt q̄s
aduersa valitudo corporis impedisset: ⁊ ce/
tera q̄ ipsa notaria cōtinent.

Quinto loco catholicorū recitate sūt lr̄e de pq̄rēda v̇itate ex vtra/ q; pte: ⁊ de causa maximianistarū:

q Uinto loco/ recitate sūt lr̄e catholi/
corū/ q̄s rescripserūt cognitori sicut
edicto cōmonuerat: insinuātes ꝯsen
tire se ad oīa q̄ illo edicto fuerāt ordinata.
In eisdē lr̄is etiā se obstrinxerūt/ ⁊ polliciti
sūt: q; si in pte donati veritas eis demōstra
ret ecclie/ nō se illic episcopalē honorē q̄situ
ros/ sꝫ cōsiliū eorū secuturos ꝓ salute chri/
stiana: si aūt i sua cōione poti⁹ veritas ostē
deret ecclie: honores episcopales eis nō se
negaturos: et h a se fieri bono pacis/ vt in/
telligerent hi q̄bus hoc p̄staret q; in eis ca/
tholici nō christianā cōsecratione/ ſ huma/
nū detestarent errorē. Qz si plebes duos in
vna ecclia episcopos ferre nō possēt/ vtriſ/
q; de medio recedētib⁹/ singuli ꝯstituerent
ep̄i/ ab eis ep̄is ordinādi/ q̄ in suis plebib⁹
singuli inuenirent. In eisdē lr̄is cōmemo/
rata est etiā causa maximianistarū: ex q̄b⁹ a
se dānatis ꝓpter pacē ptis donati q̄sdā in
honorib⁹ integris susceperūt: ⁊ ab eis datū
in sacrilego schismate baptismū non resci/
derūt: ⁊ cetera q̄ in memoratis lr̄is cōtinent.

Sexto loco cognitoris recitatū est edictuꝫ ad populum.

s Exto loco recitatū est etiā edictū ip
sius cognitoris: qð ꝓposuerat cū su
pradicta notaria donatistarum: ⁊ su
pradictis lr̄is catholicorū insinuans ꝑplo q̄
illi pars vtraq; rescripserit.

Septimo loco catholicorū lr̄e ad cognitorē recitate sūt: et q̄ vera sit ecclesia demōstratū: de iniuria etiam ceciliani: et nō iterato maximianistarū baptismate.

s Eptimo loco recitate sūt lr̄e catholi A
corū ad cognitorem date: quib⁹ do/
natistarū notarie respōderūt: ꝯcedē
tes eis qð petierāt: vt vniuersi q̄ venerāt p̄
sentes essent in eo loco vbi erat futura colla
tio: cū tñ illic ex catholicis episcopis illi so/
li adessent q̄s edicto suo cognitor definie/
rat: vt si aliqs tumultus existeret/ qð catho
lici valde metuebāt/ nō illis imputaret qui
paucissimi adessent: sed eis potius q̄ multi/
tudinē suā p̄sentē esse voluissent. In eisdeꝫ
lr̄is etiā tota ipsa causa cōprehēsa ē: vt ostē
deret ecclia catholica nō esse ps donati: sed
illa poti⁹ q̄ p totū mūdū fructificaret ⁊ cre/
sceret: incipiēs ab hierlm scdm sacrā scptu/ Luc. 24.
rā: ſ q2 nihil ei p̄iudicarēt q̄cūq; in ea mali
fuissent/ diuino in fine iudicio sepandi: ⁊ q2
nec in ipsum cecilianuꝫ maiores eoꝝ aliqd
ꝓbare potuerūt/ q̄ iudicijs ecclesiasticis et
maxime impatoris apud quē ab eis fuerat
accusat⁹/ innocēs inuent⁹ ⁊ ꝓnūciat⁹ ē: ⁊ q;
de iussionib⁹ impatoꝝ q̄ ꝓ catholica cōsti/
tuunt/ solēt facere inuidiā. Cōmemoratū ē
etiā de sctā scriptura/ reges decreuisse in re/
gno suo grauissimas penas eis q̄ blasphe/ Daniel. 3.
massent deū. Cōmemorata est etiā cā maxi B
mianistarū: q̄s ⁊ iudicijs ipsi publicis inse/
ctati sunt: ⁊ ex q̄bus dānatis quosdā in ho/
norib⁹ integris susceperūt: nec ab eis i schis

mate datū baptismū destruxerūt: qd eis q/
bus dilatiōem dederūt maximiano cōicā/
tibus/dixerunt illi⁹ cōtagio nō fuisse pollu/
tos: et cetera q̄ eisdem lrīs cōtinēt. Hec au/
tē oīa ideo ibi cōmemorata sunt: ne forte ip
si secum cogitassent donatistę/et viderēt q
malā causaz haberet ps donati: ad hoc vo
luissent oēs q venerāt ingredi locū colla/
tionis: vt pax atq vnitas fieret.

Octauo loco pquirit donatista ruz ppositū/qui exceptionis causam subdole recensentes/cognitoris responso reprimunt.

Ctauo loco cuz cognitor inquisis/
o set: vtz sicut a catholicis videbat/
ita etiā a pte donati electi iā essent
q susceptā causam pagerēt. Respōsum est
a pte donati: q iā eēt acta a catholicis cau/
sa anteq esset cōsligentiū statuta psona/ p
pter illas catholicoz lrās q̄ totā cām breui
ter cōtinebāt. Deinde instare cęperūt/ vt p/
us ageret de tpe/de mandato/de psona/de
causa: tunc ad negocij merita veniretur. Et
cū cognitor interlocutus eēt: nihil de causa
esse mutilatū: ⁊ rursus inquisisset/vtruz de
cōstituēdo nūero disputātiū edicto ei⁹ ptiū
fuerit: q p hoc oporteret agi oīa q̄ agenda
essent: cęperunt donatistę agere de tpe: qm
causa ipsa agi nō posset quum dies pteriisset:
Quartodecimo eni calēdaz iuniaz die/cō/
pleti fuerāt qttuor menses ex die edicti co/
gnitoris qd ad puinciā miserat: sicut inter/
rogatū rndit officiū. Et qm inter qttuor mē
ses agi cām pcęperat impator: iō diē iā trā/
sisse dicebāt: ⁊ petebāt vt tāq in ɔtumaces
catholicos sentētia pferret: quasi catholici
absentes eēnt: aut donatistę aliqn ad agen
dā causam illis absentib⁹ intrauissent: aut
admoniti catholici vel euocati defuissent.
Ista q̄ calūniose ⁊ tergiuersatorie/ q̄ nec in
foro iure agerent/dicebāt: nolētes vt aliqd
ageret. Sed ad h eis rndit ipse cognitor/ q
in calendas iunias ps vtraq cōsenserit: q/
uis etiā si qlibet ps adhuc vsq nō occurris/
set/ duos alios menses supesse potuisse: qs
ipator adiūxit trinis edictis fuisse fuādos.

Nono loco donatistę petūt secum agi diuinis scripturis: catholici petierunt legi mādatū catholici cōcilij: qd et post plurimas cōflictiones obtinuerūt.

Ono loco/quē cognitor superius
n dixerat de tpe pscribere: vt causa
nō ageret: nō esse ecpalis/sed foren/
sis potius esse obiectiōis: inueni t occasio/
nē ps donati/qua diceret: nihil q̄ secum agi
publico iure debere: sed tm̄ diuinis scriptu
ris. Unde cuz quęsisset cognitor/qd vtriq
pti de hac re placeret: responsuz est a catho
licis: vt iuberet mādatū catholici cōcilij re/
citari: vbi electis disputatorib⁹ agendi mo
dus iniūctus est/ibi posse melius apparere:
q nō forēsib⁹ tergiuersationib⁹/ s magis di
uinis testimonijs ageret. Et aliquādiu cō/
flictio pducta est/cū catholici instarent reci
tare mādatū/illi aūt recusarēt. Sed postea
remotis oib⁹ moratorijs cōtentionib⁹/reci
tari mādatū cognitor iussit.

Decimo loco mādatū catholici cōcilij recitatū est/de pfectu et vnitate ecclesie/de innocetia ceciliani/de maximianistis/de psecutiōe illata/de comunionis contagiōe.

Ecimo loco mādatū catholici con
d cilij recitatū est: quo electis ad dis/
putandū episcopis/catholicę eccle
sie est iniūcta defensio aduersus criminati
ones donatistarū. Hoc mādato iterū sicut
in superiorib⁹ litteris breuiter tota causa cō/
phensa est prius: vt causa ecclesię q̄ toto si/
cut pmissa est terrarū orbe diffundit/a cau/
sa ceciliani qualiscūq illa fuisset sic distin/
gueret: vt ostēderet malos i ecclia q vel ig/
norāter vel p vnitate pacis tolerant a bo/
nis nō eis ad mala ɔsētiētib⁹/obesse nō pos
se: silitudinib⁹ euāgelicis ⁊ exēplo ppheta/
rū ⁊ ipsi⁹ dñi christi ⁊ apostoloruz ⁊ episco/
porū ⁊ iudicio ipsorū etiā donatistarum p
pter maximianistas. Deinde ipsius cecilia/
ni causa nō mala fuisse certis documentis
demōstraret: quib⁹ ⁊ ipse ⁊ ordinator ei⁹ fe/
lix aptuginēsis/quē in ɔcilio suo criminosi⁹
accusauerunt pbaret esse purgatus: Et cę/
tera q̄ mandato eodem cōtinent/siue de ba
ptismo / siue de psecutiōe q̄ solet catholicis
obijcere pars donati. Nā cōmemorata ibi
est iterum sicut in superioribus litteris cau
sa maximianistarū: qua demōstrarēt dona/
tistę suo iudicio cūcta diluisse/q̄ obijcere ca/
tholicis/vel de baptismo/vel de psecutiōe/
vel de cōionis cōtagione cōsueuerūt. Adie
ctū est etiā / vt si qua etiā nūc epis catholi/
cis morarū iterponēdaz gratia voluissent
crimina obijcere/ppter finiendā quę prius
vrgeret esse causam audienda ⁊ discutiēda
postea differrent: h aūt/id est vt tota causa
⁊ superioribus litteris ⁊ isto mādato cōpre
henderet/eo consilio a catholicis factum ē:
ne forte sicut fama iactabat aliquas mora/
torias pscripsiones donatistę ingerere co/
narent: ⁊ forsitā nō pmissi ab ipsa collatiōe
resilirēt: acta licet breuit ecclię catholicę cā/
i cōsceptiōe gestoz legēda remanerēt quā ti/

muisse intelligerēt/ ⁊ iō noluisse conferre.

Undecimo loco cognitor inter/ loquit̄ ꝓ catholicis: donatistę sub scriptorū p̄sentiā reqrūt: catholici p̄sentare eos recusāt p̄mo/ sȝ p̄ter spem donatistarū tādē itroducūt.

A Ndecimo loco cū cognitor interlo/
v cut⁹ esset in mādato catholicoꝝ: ma/
gis diuina testimonia q̄ forēsia vin
cula esse ꝓlata: ⁊ iussisset etiā subscriptiōes
oīm recitari/ cōflict⁹ exort⁹ est: ⁊ aliq̄diu ꝓ/
duct⁹ est: cū donatistę exigerēt coꝝ p̄sentiā
q̄ mādato subscp̄serāt: obijciētes/ q̄ eis su/
posit̄ q̄ ep̄i nō fuerint/ potuissent fallere co
gnitorē q̄ p̄sente subscripsisse legebant̄: ⁊ q̄
antiquis cathedris alios ep̄os addiderint
B vt numer⁹ augeret̄. Catholici aūt ne sui p̄/
sentarēt̄ resistebāt: verētes/ ne illi tumultū
aliquē p̄pararēt p̄ quē ꝓrsus abrūpet̄ ipsa
collatio/ quā fieri donatistę nolle oīno vide
bāt: maxime qñ de tp̄e q̄si iā cā lapsa esset ⁊
audiri nō posset p̄scribere voluerunt. Quē
tumltū iō putabāt nōdū fecisse: q̄r si fieret/
videbāt nō posse iputari catholicis q̄ pau/
cissimi aderāt: s̄ sibi poti⁹/ q̄rū p̄sens fuerat
multitudo. Sȝ volūtati eoꝝ cedētib⁹ catho
licis/ vt oēs q̄ subscripserāt ingrederēt̄/ ap/
paruit postea h̄ iō voluisse donatistas/ q̄r
estimabāt nō ꝓuenisse carthaginē tot catho
licos/ q̄t subscriptiōes ostēdebant̄. Hoc aūt
ꝓpterea credidisse putati sunt/ q̄r catholici
nō ea pōpa q̄ illi carthaginē fuerāt igressi:
⁊ ob h̄ eos paucos venisse suspicabant̄.

Duodecimo loco ingrediūt̄ sub scriptores oēs: victorian⁹ ep̄s q̄ri monia ꝓponit: catholici p̄īniani omissam rebaptizatione inducūt: cognitor interloquit̄.

Duodecīo loco ingressis ep̄is catho/
d licis/ q̄rū p̄sentia petebāt: oēs singil
latim recitati ⁊ i mediū ꝓcedētes a
donatistis recogniti sūt: vel vicinis suis/ vl̄
cū q̄bus i vno loco erāt: ⁊ q̄cūq̄ recitabant̄
catholici ep̄i ex his locis/ vbi nō erat p̄s do
nati: satis ⁊ ip̄is donatistis notū erāt se ibi
nō habere collegas/ vel cōionē suā: ⁊ eē illic
catholicos/ vel q̄s nouerāt/ vel de q̄bus au
dierāt i suę vicinitate regiōis. Ita factū est
vt oīno nulli⁹ catholici recitaret̄ subscriptio
de cui⁹ p̄sentia dubitarēt. Sane cū vētū eēt
ad nomē victoriani musticani catholici ep̄i
⁊ in mediū ꝓcedēs/ respōdisset se h̄re ꝯtrari/
os duos: felicianū in ciuitate musticana/ et
donatū i loco turrēsi: exegerūt catholici vt
actis ꝯstaret felicianū i cōione eē p̄rimiani:
ip̄m eñ inter alios cū maximiano dānaue/
rāt: dānatorē p̄miani ⁊ ordinatorē ip̄i⁹ maxi
miani/ quē postea i integro honore recepe/
rāt/ nec destruxerāt baptismū i eis q̄s i maxi
miani schismate baptiçauerat: s̄ ad iterro/
gationē catholicoꝝ r̄ndere noluerūt/ dicen/
tes nō debere h̄ ab eis exigi. Et cū iteꝝ p̄es/
sius exigeret̄: dixerūt iā iternę actiōis h̄ eē:
⁊ scd̄m eos iterlocut⁹ ē cognitor: vt h̄ qd̄ cę
ptū fuerat ageret̄: ⁊ illud si opus eēt postea
q̄reret̄. In ip̄a aūt diocesi musticana appa/
ruit ⁊ ip̄os ep̄m aliū antiq̄ cathedrę addidis
se: qd̄ inani inuidia catholicis obiecerāt: h̄ ⁊
in alijs locis eos fecisse postea declaratū ē.

Tertiodecimo loco oēs a cogni tore sedere iubent̄: donatistę cōse dere catholicis recusarūt.

Ertiodecimo loco/ recessit̄ ⁊ recogni/
t tis p̄sentib⁹ catholicis q̄ subscripse/
rāt: cognitor obtulit petēs/ vt ꝯsidē
tes poti⁹ agerēt q̄ stātes. Donatistę aūt re/
cusauerūt: grās tñ agētes q̄ talib⁹ senibus
obtulisset cōsessum: et in ea recusatiōe mul/
ta dicētes i laudē suā: ⁊ in laudē ip̄i⁹ cogni/
toris: q̄ legat q̄ voluerit i cōscriptiōe gesto/
rū: p̄tinet eñ ad rē/ quō quē sic laudauerūt:
vt dicerēt honorificū/ iustū/ reuerentē/ beni
gnū: causam tñ ꝓpter cui⁹ actionē tā multi
cōuenerāt/ apud eū agi nolebāt.

Quartodecimo loco mādatū do natistarū recitatū est: ex quo et de mēdacijs plurimis, et fictiōib⁹ cō uicti sūt ta i traditiōe nūeri ep̄orū suorū/ q̄ in subscriptiōe carthagi ne facta.

Quartodecimo loco mādatū etiā do A
q natistarū ꝓlatū ⁊ recitatū ē: breui/
ter factū/ vt hi q̄s elegerant agerent
velut aduersus traditores ⁊ p̄secutores su/
os. Recitata sūt etiā eoꝝ noīa: cū h̄ catholi
ci fieri petissent: vt ꝯstaret vtrū apd̄ cartha/
ginē p̄sentes subscripserant. Sed donatistę
multo instāti⁹ hoc vt fieret cognitori extor/
serūt: vt eoꝝ q̄ȝ nūerus appareret/ qd̄ se ma/
gna intētione velle mōstrabāt. In ea sane
recitatiōe inuēti sūt q̄dā ꝓ q̄bus absentib⁹
alij subscripserūt. Inuētus ē etiā vn⁹ q̄ cū
suo noie recitato nō r̄nderet/ dixerunt eū in
itinere esse defunctū. Et cū quererēt catho/
lici: quō potuerit apud carthaginē subscri
bere q̄ fuerat i itinere defūct⁹? Illi diu flu/
ctuauerūt p̄turbati: ⁊ nesciētes q̄d respōde/
rēt. Nā primo dixerunt: nō de ip̄o/ s̄ de alio
fuisse suggestū. Et cū catholici putassent de
alio. i. de clerico eos dicere/ q̄ ꝓ mortuo sub
scribere potuit: q̄situ ē; vtrū clericus suo no
mine: an illi⁹ ꝓ mortuo sb̄scripserit? Sȝ po/

stea riiderūt ipm q̄dē subscpsisse p̄sentē/cuz octauo calēdas iunias mādatū fieret: s̄ q̄m eger subscripserat/remeantē ad p̄pria in itinere defecisse. B Quo audito/catholici petierūt supiora eoꝝ verba recitari/vt ipsa varietas dep̄hēsa clarescerent. Qd̄ cū factū fuisset ⁊ appareret: q̄siuit cognitoꝛ/vtrū saltē s̄b dei testificatiōe firmarēt cū fuisse carthagini q̄ñ p̄sentes p̄sentib⁹ mādauerūt vt subscriberēt? Ubi vehemēti⁹ pturbati respōderūt: Quid si ⁊ ali⁹ p eodē apposuit? Hāc eoꝝ falsitatē dep̄hensam iudicio dei relinquēs/iussit cetera noīa recitari. Quib⁹ recitat̄: q̄siuit de nūero epoꝝ ptis vtriusq̄. R̄ndit officiū: noīa donatistaꝝ epoꝛū esse ducēta septuagintanouē: annūeratis etiā illis p q̄bus absentib⁹ alij subscripserant: cōputato ⁊ illo defūcto. Catholicoꝝ aūt olm p̄sentiū noīa eē cōstitit ducenta octogintasex: Uiginti eñ nō subscripserāt: q̄ tñ suā exhibentes p̄sentiā ⁊ i mediū p̄cedētes: nisi q̄s infirmitas coꝛpis illic apud carthaginez tenuit p̄sentib⁹ gestis se mādare ⁊ cōsentire p̄fessi sūt. In loco q̄ collatiōis/ h̄ est i thermis gergilionis: q2 ipse postea locus placuerat: ex his catholicis q̄ mādato subscripserāt ⁊ q̄ p̄sentes gestis mādauerāt hi soli defuerūt. q̄ illic apud carthaginē incōmoda valitudine tenebant. Ex his aūt q̄rū noīa donatistarū subscriptio cōtinebat: nō solū illi deerāt q̄s apud carthaginē egrotare riiderāt: s̄ etiā illi p q̄bus absentib⁹.i.apud carthaginē nō cōstitutis alij subscripserāt. Qm̄ itaq̄ se donatiste de nūerositate iactabāt/excepto eo q̄ catholicos plures venisse carthaginē cōstitit: dictū ē a catholicis alios epos centū viginti nō venisse carthaginē: q̄ q̄dā eoꝝ senectute/q̄dā īfirmitate/q̄dā diuersis necessi C tatib⁹ impediti. Qd̄ cū audissent donatiste riiderūt etiā suos multo plures non venisse carthaginē/⁊ multas eē apud se cathedras viduatas epīs: cū i sua notaria quā cognitori dederant/aptissime dixerint vsq̄ adeo se oēs venisse carthaginē: vt nec q̄uissimos senes etas ⁊ laboꝛ potuerit deterrere: eosq̄ solos nō venisse q̄s aduersa valitudo i suis sedib⁹/vel in itinere tenuisset. Sane p̄pter cathedras q̄s epīs vacuas apud se esse dixerunt: riisum ē etiā a catholicis: sexaginta eē q̄b⁹ successores epī nōdū fuerāt oꝛdinati: ac p h̄ i istis vtriusq̄ ptis subscriptiōib⁹ ⁊ falsitates in donatistis cōstitit fuisse dep̄hēsas: ⁊ eoꝝ nūerū epoꝛū minoꝛē: q̄ñq̄dē soli egroti nō venerāt carthaginē p q̄b⁹ tñ in itinere egrotātib⁹ alijs subscripserāt: ⁊ olm noīa cū ipsis etiā p q̄bus alij subscripserant: ducēta septuagintanouē s̄bscriptio p̄tinebat.

Neq̄ vllo mō credibile sit/ multo plures q̄ centū viginti/ h̄ ē tertiā ptē oim eoꝝ in suis sedibus egrotasse potuisse/⁊ ideo nō venisse carthaginem.

Quintodecimo loco vtriq̄ collationē distulerūt in pendinu diem propter emēsum iā diē.

q Uintodecimo loco egressis oibus q̄ iā supfluo p̄sentes erāt: ⁊ remanētibus eis q̄s necessarios vtriq̄ delegerāt in pendinū diē collatio dilata ē vtrorūq̄ cōsensu: quoniā dies p̄sens iam videbat emensus.

Explicit collatio pꝛimi diei.

Locoꝛum secūdi diei recollecta annotatio.

1 Pꝛimo loco secūdi diei cōsessus oblat⁹ est epīs: donatiste aūt consedere catholicis recusarunt.

2 Recitata est notaria.

3 Prosecutiōib⁹ singuli subscribere iubētur: donatiste dilationē petūt: quousq̄ sibi p̄scripta gesta ederent: catholici causaz agi postulant: donatiste ad vltimū dilationē sex dierū de catholicoꝛū volūtate obtinuerūt.

Eiusdem diui augustini hipponensis episcopi/ operis Breuiculi collationū/ Collatio secūdi diei.

Pꝛimo loco secūdi diei p̄sessus oblat⁹ est epīs: donatiste aūt cōsedere catholicis recusarūt.

p Rimo loco cū die intermisso ad memoꝛatū locū sicut placuerat ⁊ cōstitutū fuerat couenirent/obtulit p̄sessum iterū cognitoꝛ/dep̄cās vt fieret. Et mox catholici p̄sederūt: donatiste aūt recusauert. In q̄ recusatiōe inter cetera id q̄q̄ dixert/ q̄ scriptū sibi eēt cū talib⁹ nō sedere. Ad h̄ catholici ne moꝛe fierēt/tūc nō riidert: s̄ oppoꝛtunioꝛe loco i tertij diei collatiōe. Tūc q̄ etiam ip̄e cognitoꝛ stādo se cognituꝝ eē riidit.

Secūdo loco recitata ē notaria.

s Ecūdo loco recitata est notaria quā pꝛidie dederāt: petētes/vt sibi mandatū catholicoꝝ ederent: q̄ p̄siderato possent i diē cōstitutū instructi adesse: eo q̄ exceptoꝛes cū cōscriptiōe gestoꝛū occurrere nō valerēt: ⁊ riisio cognitoꝛū in eadē notaria/ q̄ iussit fieri qd̄ petebant.

Tertio loco p̄secutiōib⁹ singuli subscribere iubent: donatiste dilationē petūt quousq̄ sibi p̄scripta

gesta ederent: catholici cām agi po
stulāt: donatiste ad vltimū dilatio/
nē sex dierū de catholicorū volun
tate obtinuerunt.

A Ertio loco cū q̄sisset cognitor/ qd etiā
de subscriptionib⁹ r̄nderēt. i. vtrū eis
placeret q̄ edicto ꝑposuerat/ vt ꝓse/
cutiōib⁹ suis q̄squis subscriberet: ꝛ r̄ndissent
catholici/ iā se in h̄ cōsensū suū lr̄is expressis/
se: illi se multū moueri dixerūt q̄ hec ꝯsuetu/
do nō haberet. Et cū cognitor interrogasset:
vtꝝ eis sufficeret q̄ dati fuerāt gestoꝝ ꝯscri/
bēdorū ex vtraq̄ pte custodes: dilationē pe
tere ceperūt: vt sibi cōscripta gesta ederēt/ ꝛ
tūc r̄nderēt. Hic ort⁹ ē diuturn⁹ ꝯflict⁹ cū eis:
cū ꝯsensus eoꝝ/ quo placuerat vt illo die res
agerēt/ sepe recitaret ex tabul. Et cū se notas
ignorare dicerēt/ petētes vt pri⁹ eis ederent
gesta ꝯscpta: cognitor iussit/ vt qd eoꝝ nota
rij exceperāt plat codicib⁹ q̄ signati custodie
B bāt/ eis recitarēt ne ꝯ suū ꝯsensū venirēt. Cū
q̄ ꝛ ipi sepe d gestoꝝ editiōe causarēt/ q̄ ex/
ceptores nō occurrissent gesta ꝯscribere: etiā
h̄ eis r̄nsū ē: q̄ notaria sua iō se petisse dixe/
rāt edi sibi catholicoꝝ mādatū/ vt ad p̄sentē
diē instructi occurrerēt: qr exceptores occur
rere cū gestoꝝ editiōe nō possēt. Ubi nō inue
niētes qd dicerēt/ voluerūt iteꝝ p̄scriptionē
die refricare: d q̄ fuerat eis satl supq̄ r̄nsū:
et inde iā fuerat p̄mo die trāsitū. Sz tūc eis
catholici etiā ad h̄ r̄nderūt: q̄ nō solū in edi/
cto cognitoris calēdaꝝ iuniaꝝ dies cōstitu/
tus legerēt: s̄ etiā ipsi octauo calēdas iuni/
as suū mādatū ꝯscripsissent. Cū iā transisset
dies: q̄ dicebāt agi debuisse cām. i. q̄rtodeci/
mo calēdas iunias/ dictū ē etiā ipsū p̄mianū
ad calendas iunias se pollicitum occurrere.
Que oīa iō a catholic dicta sūt/ q̄ audierāt
eos etiā in ꝑplo suo de hac re inuidiose locu/
tos: et tñ inter hec oīa illi i petēda dilatione
vehemētissime p̄stiterūt. Qd cū vidissent ca
tholici ad h̄ eis diu negari: vt gesta mult ꝟ/
bis onerarēt/ petierūt cognitorē vt eis quā
petebāt dilationē ꝯcederet. Et ꝯcessa est sex
dierū dilatio: r̄ndētib⁹ exceptorib⁹ q̄ñ editio
gestorū posset occurrere: et illis ꝓmittētib⁹
cū gesta edita fuerint se suis ꝓsecutiōib⁹ sub
scripturos.

Explicit collatio secūdi diei.

Locorum tertij diei recollecta annotatio.

1 Primo loco tertij diei cognitor q̄rit sup
editis gestis:

2 Cognitor p̄cipale negociū ꝑponi iubet:
catholici idipsū cupiūt: donatiste aūt
pluribus modis ne id fiat callide machi
nāt extranea immiscētes: catholici asse/
rūt velle obiecta crimia diluere: dein/
de ex pte recitandorum gestorū vtri/
usq̄ partis altercatio habet: tādē ca
tholicoꝝ oblata legūt ꝛ causa agit.

3 Lecta est procōsulis relatio ad imꝑato/
rē ꝯstātinū/ quā miserūt donatiste ce
cilianū accusātes: deinde cōtrouersia
interserit: s̄ tādē lr̄as suas donatiste

4 Lecte sūt donatistarū lr̄e/ (ꝓtulerūt.
qb⁹ catholicoꝝ mādato r̄ndere conā/
tes calūnias texuerūt: arguentes ca/
tholicos de falsa scripturarū expositi/
ne: qb⁹ p singula satisfecerūt r̄ndēdo

5 Ceciliani causa agit: accu/ (catholici.
satio ei⁹ ad cōstātinū q̄ librorū sacro/
rū traditor extitisset legit: de eadē re
mēsurij et secūdi epōrū lr̄e recitant:
donatiste inter legēdū ꝯ seipsos mi
litāt/ extranea iterserūt: de falsis cōsti/
tionib⁹ notāt: catholici aūt imꝑato/
rijs ꝛ p̄fectorijs/ parit ꝛ ꝯcilij sub mel
chiade celebrati decret/ ceciliani ino/
cētiā ꝓbauerūt: ad vltimū nō r̄ndēti/
b⁹ donatist/ ꝓ catholicis ē lata sn̄ia.

Eiusdem diui augustini hipponensis episcopi/ operis Breuiculi collationū/ Collatio tertij diei.

Primo loco tertij diei cognitor q̄rit sup editis gestis:

Ertio die collationis/ id est sexto idus iuni
as/ ingressis ptib⁹: Primo lo/
co: vtrū edita eis gesta fuerint
cognitor inquisiuit. R̄ndit officium se ante
die q̄ ꝓmiserat edidisse: qd ex vtriusq̄ ptl
cautionib⁹ ꝓbaret. Et recitate sūt cautio/
ones qb⁹ cōstitit catholicos accepisse gesta
octauo idus iunias hora diei quinta: dona
tistas aūt eodē die tertia.

Secūdo loco cognitor p̄ncipale negociū proponi iubet: catholici idipm cupiūt: donatiste aūt pluribus modis ne id fiat callide machināt/ extranea immiscētes: catholici assert velle obiecta crimina diluere: deinde ex pte recitādorū gestorū vtriusq̄ ptis altercatio habet: tādē catholicoꝝ oblata leguntur ꝛ causa agitur.

Ecūdo loco cū cognitor iussisset p̄n/ A
cipale negociū iā ꝑponi: dictū ē a ca
tholicis olim se agere velle p̄ncipale
negociū: ꝛ h̄ eē vt crimina q̄ solēt donatiste
dicere in ecclesiam toto orbe diffusam/ si pos/
sent ꝓbarēt. R̄nsum est a donatistis vt pri⁹

querereƚ qui essent qui agerēt: vt moꝛe fie/
rent de discussione ꝑsonarū. De qua re cuȝ
diu cōfligereƚ catholicis recusantibus/ ⁊ vt
remotis sup̄fluarū moraꝝ tergiuersationi/
bus ad causam venireƚ vehemēter instanti
bus: cōtra donatiste obnixissime contende/
bāt/ vt ꝑsone discuterēƚ: ⁊ flagitabāt/ vt ex
pꝛimerenƚ qui petissent ab impatoꝛe istam
fieri collationē: Volebāt eni vt cōstaret ca/
tholicos eē petitoꝛes: vt ex forēsi iure pos/
sent discutere ꝑsonas petitoꝛū: cum iam in
actione pꝛima recitatū fuisset catholicoꝛuȝ
mādatū: vbi se ostendebāt nō petitoꝛes eē
sed defensoꝛes aduersus crimina q̄ illi eoꝛū
cōmunioni obijcere solent: cū ipsi pꝛius exe/
gerint vt ecclie causa nō forēsib⁹ foꝛmulis/
non p̃miserat facultatẽ. Si ergo hi qui mũdo sũt corde deũ videbunt: vtiq; alij nõ videbũt. Neq; eñ indigni deũ videbũt: neq; is qui deũ videre noluerit potest eũ videre. Neq; i loco deus videt: sed mundo corde: nec corporalibus oculis de⁹ querit: nec circũscribit visu/nec tactu tenet/nec audit affatu/nec sentitur incessu. Et cũ absens putat/videt: ⁊ cũ p̃sens est/ nõ videt. Deniq; nec apostoli omnes christum videbant: et
Joh.14.b. ideo ait: Tanto tempore vobiscũ sum ⁊ adhuc me nõ cognouistis? Qui eni cognouit
Eph.3.d. que sit latitudo/⁊ longitudo/⁊ altitudo/ et p̃fundũ: ⁊ supeminentẽ scientie charitatẽ christi: videt ⁊ christũ/ videt ⁊ patrẽ. Nos
2.Cor.5.d. enim iam scdm carnẽ nõ nouim⁹ christũ/ sed
Thren.4.d. scdm spiritũ. Spiritus eñ ante faciẽ nr̃am christus dñs: qui nos in omnẽ plenitudinẽ dei misericordia sua implere dignet: vt videri possit a nobis.
B Hec verba sancti viri: q̃ nõ carnalia sed spiritalia sunt/ inquãtũ intelligis ⁊ vera esse: nõ quia ipse dixit/sed q; veritas sine strepitu clamat/agnoscis: intantum intelligis vnde adhereas deo: teq; ipsam intrinsecus preparas incorporalem locum mansionis eius/ ad audiendũ silentiũ narrationis eius: ⁊ videndã inuisibilem for
Math.5.a. mã eius. Beati eni mundicordes quia ipsi deũ videbũt. Nõ tamẽ eis sicut corpus ex aliquo loci interuallo apparebit: sed cũ venerit ad eos ⁊ mansionẽ fecerit apud eos: quoniã sic implebunt in omnẽ plenitudinẽ dei: nõ tñ fuerint ⁊ ipsi plenus deus/sed cũ perfecti fuerint pleno deo. Si autem nõ ni
Al. tẽ corpora sit corpora cogitamus: ⁊ nec illud saltem digne cogitare possumus/ vnde vel ipsa corpora cogitemus: nõ queramus quid aduersum nosipsos loquamur: sed ab hac potius carnali cõsuetudie orãdo/⁊ i anteriora nos extendendo corda mundem⁹. Ut eni nõ tñ quod beatus ambrosius/ verũetiam quod beatus hieronymus dicã: nõ solum patris diuinitatẽ/sed nec filij quidem/ nec spiritus sancti: q; vna in trinitate natura est: possũt oculi carnis aspicere/sed oculi mentis: De quibus ipse saluator ait: Beati mundo corde/ quia ipsi deũ videbũt. Nãq; sicut alibi idem hieronymus breuiter ac veraciter definiuit: Res incorporalis corporalib⁹ oculis nõ videt.
C Has sententias dõre tanta virorum tantorũ/nõ ob hoc interponere volui vt cuiusq; hominis sensum tãq; scripture canonice auctoritatẽ sequẽdã arbitreris: sed vt illi qui aliter sapiunt/conẽtur mente videre qd verũ est: ⁊ in simplicitate cordis querere deũ: ne tam doctos diuinorũ eloquiorũ tractatores temere rephendãt. Nec te moueat q a quibusdã minus cõsiderate dicit: quid tũc videbũt oculi corporales si deum nõ videbũt? an forte ceci erũt/ vel sine causa erũt? Neq; eni attendunt qui hec loquunt: quia si nõ erunt corpora/profecto nõ erũt illi oculi corporales: Si autem erũt corpora: erit quod videre possint oculi corporales. Sed hec iam satis dicta sint: que ab initio hui⁹ opusculi mei diligenter lecta ⁊ relecta p̃siderãs/sine vlla fortasse dubitatione p̃spicies: ad videndũ deũ p eius auxiliũ cor mundum te debere p̃parare. De corpore vero spiritali si dñs iuuerit/opere alio experiemur quid disputare valeamus.

Sãcti augustini episcopi liber de videndo deo explicit.

Diui aurelij augustini hipponẽsis episcopi/in librũ de natura et gratia contra pelagianos/ex libro secũdo retractationũ/argumentũ.

A Uenit etiã tunc in manus meas quidã liber pelagij: vbi hois naturam 2.Retract. ca.42.
contra dei gratiã qua iustificat impius/⁊ qua christiani sum⁹/quãta potuit argumẽtatione defendit. Roma.4.a.
Librũ ergo quo huic respondi: defendens gratiã/ nõ cõtra naturã/sed p quã natura liberat ⁊ regit: de natura ⁊ gratia nũcupaui.
B In quo verba quedã vel sixti romani episcopi ⁊ martyris pelagius posuit/ita defendi/tãq; revera eiusdem sixti essent: Id eni putauerã/ sed postea legi sixti philosophi esse/nõ christiani. In li. de natura et gratia. ca.54.b.

Capitulorum libri de natura et gratia cõtra pelagianos/sancti augustini/recollecta annotatio.

1 De errore peccata sua excusare volentium p naturam/quasi nõ voluntarie cõmissa: ⁊ q̃ sit dei iusticia.

2 Q nemo ad pficiendã iusticiã sibi sufficere possit: nec iustificari nisi p fidem ⁊ sacramentũ sanguinis christi.

3 Q deus quidem naturã bene instituerit: vitiũ autẽ naturã contenebrãs ex originali peccato cõtractũ est.

4 Q gratia christi non ex meritis reddit sed gratis dat/nec tamẽ oibus.

5 Q liberati per gratiã ab eterne damnationis supplicio/vasa misericordie dei nominant.

6 Q mũdana sapiẽtia dicat/ paruulos medico nõ egere/⁊ maiores ad iusticiã sibi posse sufficere.

7 Q auctor trãsmissi libri celose scripse/

rit:sed heretice docuit hoiem posse
sine peccato viuere:vtēs fallaci di/
stinctione inter posse esse/ ⁊ esse.

8 Paruulus morte preuentus/nec chri/
stianus existēs/nec esse potēs/ a dā
natione nō absoluit.

9 Q; nedū paruuli/ sȝ nec iuuenes vel se
nes ad q̄s christi euāgeliū nō deue/
nit/sine christi grā iustificari possit.

10 Obiecto pelagij quasi sit alterius:an
nō instruct⁹ de fide iustus sit/⁊ per
gratiā dei iustus sit.

11 Q; impertinētia exempla adduxerit in
sua disputatiōe:ex quib⁹augustino
suspect⁹ reddit legere ꝑgenti.

12 Q; ꝓ his q̄ ꝑperā fiunt/ ad miserātis
dn̄i gratiā cōfugiat.

13 Q; exorandus sit deus/ne negligētia
cauendi a peccato nobis dn̄etur.

14 Q; p̄ter solum christū nullibi legat de
homine sine peccato.

15 Quō intelligant verba sancti iacobi:
Linguā aūt nullus hoim domare
potest.

16 Que sit vera sapiētia linguā domās:
⁊ quomodo nō in hois sit potestate
ꝫ a deo/admonēte aplo postulāda.

17 Quid sit extra carnē esse/ ⁊ in carne:et
quō sapiētia a deo sit petēda vt pe/
stifera euacuet ignorantia.

18 Q; non solū orandum sit vt preterita
peccata expiētur/ sed etiam vt futu
ra vitent.

19 Q; humanā naturā peccatū ⁊ debili/
tauerit ⁊ vulnerauerit/ ratione ⁊ au
ctoritate ꝓbatur.

20 Q; sicut abstinentia a cibo corpus de/
bilitat:ita substantiam que de⁹ est
nō manducando anima languescit.

21 Q; iesus saluator sit oim/tam ipsius
ade q̄ȝ paruulorū ⁊ posteritatis ei⁹
totius/cū sint infirmi.

22 Q; mltiplex sit pena peccati/ ⁊ grauis
vindicatio peccatorū ꝑ peccata.

23 Quō deserat deus deseri dignos: ⁊ q̄/
modo ad peccatū liberū sufficiat ar
bitriū:redire autē ad iusticiā opus
habet iustificatore medico.

24 Q; liberū arbitriū egeat p̄cio passio/
nis christi: ⁊ quō mirabilis dei mise
ricordia mala ꝓdesse faciat.

25 Q; miseriam nostram agnoscere/ ⁊ ita
misericordiam querere ⁊ implorare
debemus.

26 Q; deus nō solum sanat/vt deleat qđ
peccauimus/sed vt prestet etiam ne
peccemus: exemplis probat sum/
ptis a vulnerato ⁊ oculo.

27 Q; vere dicatur/esse sine peccato ho/
minē non posse quatenus superbie
⁊ glorie auferat occasio: que se etiā
recte factis immiscere solet.

28 Q; sepe aliqua acutule sonare vident
q̄ discussa inueniunt obtusa.

29 Q; licet peccata per superbiā cōmittā
tur/ nō tamē omnia supbe fiūt que
perperā fiunt: ⁊ quomodo initium
omnis peccati sit superbia.

30 Q; reatus peccati peccantis est/ de/
scendens ex non recte vsa sanitate.

31 Q; altum dei consilium/ non cito sa/
nantis superbiam/pro qua pie ani/
me lachrymose supplicant vt con/
terat/operibus bonis se implicās.

32 Q; misericordia dei preueniat nos sa/
nādo/subsequat glorificando.

33 Q; cum timore et tremore/non presū
ptione nostrā debeamus operari sa
lutem.

34 Q; homo q̄uis asserat sine peccato/nō
tn̄ ideo deo cōparetur:et ꝙ humili/
tas in parte veritatis collocetur:
et quō nō solū deus ignoscat cōmis
sa peccata/sed etiam adiuuet ad fu
tura vitanda.

35 Quare scripta sint quorundam exem
pla quos peccasse legimus: et quo/
modo mori possimus sine peccato/
licet nō viuere sine eis.

36 Q; excepta beatissima v̄gine/de qua
cum de peccatis agit/ nulla fit men
tio/omnes peccatores se fateantur
necesse sit.

37 Q; nō omnes sine peccatis extiterint
de quibus scriptura/bona comme/
morat/vel nō ꝓhibet peccasse.

38 Q; ea scripta sint quib⁹ ⁊ modus ad/
hibēdus fuit/ ⁊ paucis exemplis ad
multa lector instruendus: ⁊ ꝙ iusti
nominent ⁊ sint qui tamen sine pec
cato non sint.

39 Q; non omnia que legimus credere
nos debere: ⁊ astruere aliq̄d qđ non
legimus nefas non esse.

40 Q; per agnitionem nominis christi
non solū viuere discimus/sed etiā
adiuuamur grā qua bene viuam⁹.

41 Q; auctoritas apostoli: Per vnū ho/
minem pct̄m ⁊c. in quo omnes pec/
cauerunt: de omnibus ⁊ antiquiori
bus ⁊ recentioribus intelligat.

42 Q; homo ꝑfectissimam iusticiam ha/

Diui aurelij augustini hipponēsis episcopi/liber de natura ꝛ gratia ad timasium et iacobum/cōtra pelagianos incipit:

De errore peccata sua excusare volentium per naturā/ quasi non voluntarie cōmissa: et que sit dei iusticia: Capitulū I.

1 Librum quē misistꝭ charissimi filij timasi ꝛ iacobe/intermissis paululū quę in manibus erāt: cursim quidem/sed nō mediocri intētione perlegi: ꝛ vidi hominē çelo ardētissimo accēsum/ aduersus eos/ qui cū i suis peccatis humanā voluntatem debeāt accusare/naturā potiꝰ accusantes hoim/ꝑ illā se excusare conant: nimis exarsit aduersus hanc pestilētiā quā etiā litterarū sęcularium auctores grauiter arguerūt exclamātes: Falso querit de natura sua genus humanū. Hāc etiam prorsus iste sententiā quātis potuit ingenij viribꝰ aggerauit. Uerūtamē timeo ne illis potiꝰ

Salustius in ꝓlogo iugurthini belli.

Roma. 10.a. suffragetur qui zelum dei habent/ sed non
scd̃m sciẽtiam: Ignorãtes enim dei iustici/
am ⁊ suam volentes cõstituere/iusticię dei
non sunt subiecti. Quę sit autẽ iusticia dei
de qua hic loquitur/ꝯsequenter aperit ad/
iungens: Finis eni legis christ⁹ ad iusticiã
omĩ credenti. Hanc itaq; iusticiam dei: nõ
in precepto leg' quo timor incutitur/sed in
adiutorio gratię christi/ad quã solã vtiliter
Gal.3.d. legis velut pędagogi timor ducit/constitu
tam esse: qui intelligit ipse intelligit quare
Gal. 2.d. sit christian⁹. Nam si per legem iusticia: er/
go gratis christus mortuus est: si autẽ non
gratis mortuus est/in illo solo iustificat̃ im
Roma.4.a. pius/cui credenti in eum qui iustificat impi
Roma.3.d. um/deputatur fides ad iusticiam. Omnes
enim peccauerũt ⁊ egent gloria dei: Iustifi
cati gratis per sanguinem ipsius. Quicũq;
autẽ non putant̃ pertinere ad hos omnes
qui peccauerunt et egent gloria dei/profe/
cto nullam necessitatem habent vt christia
Matth.9.b. ni fiant: quia non est opus sanis medicus/
sed ęgrotãtibus: vñ nõ venit ille vocare iu
stos/sed peccatores.

¶ Quod nemo ad perficiendam iusti/ciam sibi sufficere possit: nec iustifi/cari nisi per fidem et sacramẽtum sanguinis christi: Ca.ii.

a C per hoc natura humani generis
ex illius vnius preuaricatoris car/
ne procreata/si potest sibi sufficere ad
implendam legem pficiẽdãq; iusticiam/ de
premio debet esse secura: hoc ẽ de vita ęter/
na/etiã si in aliqua gẽte aut aliquo superio
re tẽpe fides etiam latuit sãguinis christi.
Nõ enim iniustus deus qui iustos fraudet
mercede iusticię/ si eis non est annũciatum
sacramentum diuinitatis et humanitatis
1.timoth. 3.d. christi/quod manifestatũ est in carne: Quo
Roma.10.c. modo eni crederẽt quod nõ audierunt: aut
quomodo audirent sine predicante? Fides
enim ex auditu: sicut scriptum est: auditus
aũt per verbũ christi. Sed dico inquit: Nũ
Ps.18. quid nõ audierunt: In omnem terrã exiuit
sonus eorum/et in fines orbis terrę verba
eorum? Sed antequã hoc inciperet fieri: ante
q̃ deniq; vsq; ad fines totius orbis terrę p̃
dicatio ipsa perueniat: quoniam non de/
sunt ad hoc vltimę gentes: licet vt perhibe
tur paucissimę quibus hoc nondum fuerit
p̃dicatum: quid faciet humana natura/ vel
quid fecit/ quę vel ante nõ audierat hoc fu
turum/vel adhuc non comperit factum/ni/
si credendo in deum/ qui fecit cęlum ⁊ ter/
rã: a quo ⁊ se factam naturaliter sentit ⁊ re/
cte viuendo eius impleat voluntatem nul/
la fide passionis christi/⁊ resurrectionis im
buta? Quod si fieri potuit: aut potest/ hoc et
ego dico quod de lege dixit apostolus: Er/ Gal. 2. d.
go christus gratis mortuus est. Si eni hoc
ille dixit de lege quã accepit gens vna iu/
dęorum: quanto iustius dicit̃ de lege natu/
rę quã accepit vniuersum genus humanũ.
Si per naturam iusticia: ergo christus mor
tuus est gratis. Si autẽ nõ gratis christus
mortuus est: ergo omnis humana natura
iustificari ⁊ redimi ab ira dei iustissima/hoc
est vindicta/ nullo modo potest/nisi p fidẽ
⁊ sacramentũ sanguinis christi.

¶ Quod deus quidem naturam bene instituerit: vitium autem naturam contenebrans ex originali pecca/to contractum est: Ca.iii.

n Natura quippe hominis primitus
inculpata/et sine vllo vitio creata Eccle.7.d.
ẽ: Natura vero ista hominis qua
vnusquisq; ex adam nascit̃/iam medico in/
diget: quia sana non est. Omnia quidem bo/
na quę habet i formatione/ vita/sensibus/
mẽte: a summo deo habet creatore ⁊ artifi/
ce suo: Uitium vero/quod ista naturalia bo/
na contenebrat ⁊ infirmat/ vt illuminatio/
ne ⁊ curatione opus habeat non: ab incul/
pabili artifice contractum est/ sed ex origi/
nali peccato quod cõmissum est libero arbi
trio: Ac p hoc natura pęnalis ad vindictam
iustissimam pertinet. Si enim iam sumus in 2.Corĩ.5.d.
christo noua creatura: tamẽ eramus natura
filii irę sicut ⁊ cęteri: Deus autẽ qui diues Eph.2.a.
est in misericordia/propter multã dilectio/
nem qua dilexit nos/et cum essemus mor/
tui delictis/conuiuificauit nos christo: cui⁹
gratia sumus salui facti.

¶ Quod gratia christi non ex meritis reddit̃/sed gratis datur: nec tamẽ omnibus: Ca. iiii.

b Ec igitur christi gratia/sine qua nec
infantes/nec ętate grandes salui fie
ri possunt: non meritis redditur/sed
gratis datur/propter quod gratia nominat̃. Roma. 11. a.
Iustificati inquit gratis per sanguinẽ ipsi/ Roma.3.d.
us. Unde hi qui nõ per illam liberantur: si/
ue qui audire nõdum potuerunt: siue quia
obedire noluerunt: siue etiam cum per ęta/
tem audire non possent/lauacrũ regenerati
onis quod accipere possent/per quod salui fierẽt
non acceperunt/iuste vtiq; damnant̃: quia
sine peccato non sunt/ vel quod originali/
ter traxerunt/vel quod malis moribus ad/
diderunt: Omnes enim peccauerunt/siue in
adam/siue in semetipsis ⁊ egẽt gloria dei.

¶ Quod libertati per gratiam ab ęter/

ne damnatiõis supplicio/vasa misericordie dei nominent: Ca.V.

Vniuersa igit massa penas debet: et si omnibus debitum damnationis supplicium redderet/non iniuste ꝓculdubio redderet. Qui ergo inde per gratiam liberant/nõ vasa meritorum suorum/sed vasa misericordie nominant. Cuius misericordie/nisi illius qui christum iesum misit in hunc mundum peccatores saluos facere: quos ꝓsciuit et predestinauit et vocauit et iustificauit et glorificauit? Quis igit vsq; adeo dementissime isaniat/ vt non agat ineffabiles gratias misericordie/quos voluit liberantis: qui recte nullo modo posset culpare iusticiam/vniuersos omnino damnãtis?

Roma.9.c. 1.timoth.1.d. Roma.8.f.

Qr mũdana sapientia dicat/paruulos medico non egere/ et maiores ad iusticiã sibi posse sufficere:

Sed si scdm scripturam (Ca.VI. sapiamus/nõ cogimur contra christianã gratiam disputare: et ea dicere quibus demonstrare conemur naturã humanã neq; in paruulis medico indigere quia sana est: et in maioribus sibiipsam ad iusticiã si velit posse sufficere. Acute quippe videntur hec dici: sed in sapientia verbi qua euacuat crux christi. Non est ista desursum sapientia descendens. Nolo quod sequit dicere/ne amicis nostris quorum fortissima et celerrima ingenia nõ in peruersũ/sed indirectũ currere volumus/ facere existimemur iniuriam.

1.Cor.1.c. Jaco.3.d.

Qr auctor transmissi libri zelose scripserit s3 heretice docuit/hominẽ posse sine pctõ viuere/ vtẽs fallaci distinctiõe iter posse eẽ et esse:

A Quanto igitur zelo (Ca.VII. accensus est libri huius quẽ misistis cõditor/aduersus eos qui peccatis suis patrociniũ de nature humane infirmitate perquirunt: tanto et multo ardentiore zelo nos oportet accẽdi ne euacuetur crux christi. Euacuat autẽ/ si aliquo modo pter illius sacramentum ad iusticiam vitãq; eternã peruenire posse dicatur. Qđ in libro isto agitur/nolo dicere ab sciẽte/ne illũ qui eum scripsit/ne christianũ quidem habendum iudicem/sed quod magis credo a nesciente: magnis sane viribus/sed eas sanas volo non quales phrenetici habere cõsuerũt. Nam prius distinguit: aliud esse q̃rere: an possit aliquid esse/qđ ad solam possibilitatem pertinet: aliud/ vtrũ ne sit. Hãc distinctionem verã esse nemo ambigit: cõsequẽs enim est: vt quod est/ esse potuerit: nõ est autem consequens: vt quod esse potest/etiam sit. Quia enim dominus lazarũ suscitauit/sine dubio potuit: quia vero iudam non suscitauit/nunquid dicendum est non potuit? Potuit ergo/ sed noluit. Nam si voluisset/ eadem etia3 hoc potestate fecisset: quia et filius quos vult viuificat. Sed hac distinctiõe vera atq; manifesta/ quo tẽdat/et qđ efficere conet aduertite. Nos inquit de sola possibilitate tractam⁹: de qua nisi quid certũ constiterit/ trãsgredi ad aliud grauissimũ esse/atq; extra ordinem duci mus. Hoc versat multis modis et sermone diuturno: ne quis eu3 aliud q̃ de non peccandi possibilitate querere existimet. Unde inter multa quibus id agit/etiam hoc dicit: Idẽ iterũ repeto: Ego dico posse eẽ hominem sine peccato: tu quid dicis/ nõ posse esse hominẽ sine peccato? Neq; ego dico inquit hominẽ esse sine peccato: neq; tu dicis nõ esse hominẽ sine peccato: De posse et non posse/nõ de esse et nõ esse cõtendimus. Deinde nõnulla eorum que aduersus eos de scripturis proferri solent/ ad istam questionem nõ pertinere/in qua queritur: possit ne an non possit homo esse sine peccato: ita cõmemorat: Nam nullus inquit mundus est a sorde: et nõ ẽ homo qui nõ peccet: et nõ est iustus in terra/ et non est qui faciat bonum: et cetera his similia iquit ad nõ eẽ: non ad nõ posse ꝓficiunt. Huiusmodi eni3 exemplis ostenditur/quales homines quidam tempore aliquo fuerint: non q aliud esse non potuerint: vnde et iure inueniunt esse culpabiles. Nam si idcirco tales fuerũt quia aliud esse nõ potuerunt/culpa carent: Videte quid dixerit.

Joh.11.f. 1.sen.dis.43. ca.vltimo Joh.5.d. B Job.25.b. 3.Reg.8.e. et Eccs.7.c. Ps.13.

Paruulus morte preuent⁹/nec christianus existẽs/nec esse potẽs: a damnatiõe non absoluit:

Ego autẽ dico: par/ (Ca.VIII. c uulum natum in eo loco vbi ei nõ potuit per christi baptismũ subueniri/morte ꝓuentum/idcirco talem fuisse: id est sine lauacro regenerationis exisse: quia esse aliud nõ potuit. Absoluat ergo eum: et aperiat ei contra sententiã domini regnum celorum. Sed non eum absoluit apostolus qui ait: Per vnũ hominem peccatu3 intrauit in mundum: et per peccatum mors: et ita in omnes homines pertransiit/in quo omnes peccauerũt. Recte ergo ea damnatione que p vniuersam massã currit/nõ admittitur in regnum celorum: quãuis christian⁹ non solum non fuerit/ sed nec esse potuerit.

Joh.3.a. Roma.5.b.

Q nedum paruuli/sed nec iuue
nes vel senes ad quos christi euã
gelium nõ deuenit/sine christi gra
tia iustificari possint: Ca. IX.

Roma. 5.b. Ed non damnat inquiunt: quia in
s adam peccasse omnes: nõ propter
peccatum nascendi origine attra/
ctum/sed propter imitationem dictum est.
Si ergo ideo dicitur adam auctor omnium
qui subsecuti sunt peccatorum: quia prim⁹
peccator in hominibus fuit: cur nõ potius
abel q̃ christus ponitur caput omniũ iusto
Gen. 4.a. Heb. 11.a. rum: quia primus in hominibus iustus fu/
it? Sed de infante non loquor: iuuenis vel
senex in ea regione defunctus est: vbi non
potuit christi nomẽ audire. Potuit fieri iu/
stus per naturam et liberum arbitrium: an
non potuit? Si potuisse dicunt: Ecce quod
est/crucem christi euacuare sine illa quẽq̃ ꝑ
naturalem legem ⁊ volũtatis arbitrium iu/
stificari posse contendere: dicam⁹ ⁊ hic: er/
go christus gratis mortu⁹ est: hoc enim om
Gal. 2.d. nes possent/etiam si mortuus ille nõ esset:
⁊ si iniusti essent: quia vellent essent: non q̃
iusti esse non possent. Si autem sine christi
gratia iustificari omnino nõ potuit/ etiam
istum si audet absoluat scdm verba sua: q̃
idcirco talis fuit q̃ aliud esse nõ potuit/ cul
pa caruit.

Obiectio pelagij quasi sit alte-
rius: an non instructus de fide iu/
stus sit/⁊ per gratiã dei iustus sit:
(Ca. X.

Ed obijcit sibi quasi
s ab alio dictum/⁊ ait: Potest quidẽ
esse/sed per gratiam dei inquies. Dein/
de velut respondendo subiungit: Ago hu/
manitati tuę gratias/q̃ assertionem meam
quam dudum oppugnabas/nõ mõ nõ op/
pugnare/ aut non confiteri solum conten/
tus non es/verumetiam non refugis com/
probare. Nam dicere potest quidem sed ꝑ
illud aut illud/quid aliud est q̃ non solum
consentire quod possit esse/verumetiã quo/
modo vel qualiter possit ostẽdere. Nullus
itaq̃ magis alicuius rei possibilitatem pro
bat q̃ qui eius etiam qualitatem fatetur:
quia neq̃ absq̃ re esse qualitas potest. His
dictis iterum sibi obijcit: Sed tu inquies hoc
in loco dei gratiam/quãdoquidem eam nõ
commemoras/videris abnuere. Deinde re
spondet: Ego ne abnuo qui rem confitẽdo
confitear necesse est/⁊ per quod res effici po
test: An tu qui rem negando ⁊ quicquid il/
lud est per quod res efficit procul dubio negas?
Oblitus est iam se illi respondere qui rem
non negat. Cuius obiectionem pauloante
proposuerat dicentis: Potest quidem es/
se/sed per gratiam dei. Quomodo ergo il/
lam pro qua iste multum laborat possibi/
litatem negat/ qui etiam dicit: potest esse/
sed per dei gratiam? Verũtamen quia isto
dimisso qui rem iam confitetur/agit adhuc
aduersus eos qui negant esse possibile ho/
minẽ esse sine peccato. Quid ad nos? Con/
tra quos vult agat/dum tamen hoc confi/
teatur quod impietate sceleratissima nega/
tur: sine gratia dei: hominẽ sine peccato eẽ
nõ posse. Dicit ergo: Siue per gratiam/siue
per adiutorium/siue per misericordiam/et
quicquid illud ẽ per quod esse homo absq̃
peccato põt/confitet quisq̃s/rẽ ipsam fatet.

Q impertinẽtia exẽpla addure
rit in sua disputatione: ex quib⁹ au
gustino suspectus redditur lege-
re pergenti: Ca. XI.

Fateor dilectiõi vestrę cũ ista lege/
f rẽ/lęticia repẽte ꝑfusus sum q̃ dei
gratiam non negaret/ per quã so/
lã hõ iustificari potest: hoc enĩ in disputa/
tionib⁹ talium maxime detestor et horreo.
Sed pergens legere cętera/primo ex datis
similitudinib⁹ cępi habere suspectum. Ait enĩ:
Nũc si dixero: hõ disputare põt: auis vola/
re: lep⁹ currere: ⁊ nõ etiã ꝑ quę hęc effici pos/
sũt cõmemorauero/id est linguã/ alas/ pe/
des: num ego officiorum qualitates nega/
ui q̃ officia ipsa confessus sum? Videt cer/
te hęc eum cõmemorasse quę natura valẽt:
creata sũt enim hęc membra huiusmodi na
turis lingua/alę/pedes: nõ tale aliquid po/
suit quale de gratia itelligi volum⁹/ sine q̃
homo non iustificat/ vbi de sanandis/non
de instituẽdis naturis agitur. Hinc iã ergo
sollicitus cępi legere cętera ⁊ me nõ falso cõ
peri suspicatũ.

Q pro his quę perperam fiunt
ad miserantis domini gratiam cõ/
fugiat: Ca. XII.

Vo priusq̃ veniam/ videte quid
q dixerit: cũ tractaret q̃stionẽ de dif/
ferẽtia peccatorum/⁊ obijceret sibi/q̃
quidam dicunt leuia quędam peccata ipsa
multitudine quod sępe irruant non posse
cũcta vitari: negauit debere argui ne leuia
quidem correctione/si vitari omnino non
possunt. Scripturas vtiq̃ nõ aduertẽs no/
ui testamenti/ vbi dicimus hanc esse inten/
tionem legis arguentis/vt propter illa quę
perperam fiunt confugiatur ad gratiam do
mini miserantis/velut pędagogo concludẽ

te in eadem fide/que postea reuelata e/vbi et remittant que male fiunt/et eadem gratia iuuante non fiant: Proficientium est enim via/ quis bene proficientes dicant perfecti viatores: Illa est autem summa perfectio cui nihil addatur: cum id quo tenditur ceperit possideri.

Quod orandus sit deus/ ne negligentia cauendi a peccato nobis dominetur: Capitulum. xiii.

Iam vero illud quod eis dicit: Ipse tu sine peccato es? reuera non pertinet ad eam rem de qua vertitur questio. Sed quod dicit negligentie sue potius imputari quod non est sine peccato: bene quidem dicit: sed dignetur inde et orare deum ne illi hec iniqua negligentia dñetur. Quam
Ps.118. rogabat qui quando dicebat: Itinera mea dirige secundum verbum tuum/et non dominetur mihi omnis iniquitas: ne dum sue diligentie quasi proprijs viribus fidit/neque hic ad veram iusticiam/neque illic vbi sine dubio perfecta desideranda est et speranda perueniat.

Quod preter solum christum nullibi legatur de homine sine peccato: Ca. xiiii.

Et illud quod eis a quibusdam dicitur: nusquam esse scriptum his omnino verbis/posse esse hominem sine peccato: facile refellit: quia non est ibi questio quibus verbis dicatur queque sententia. Non tamen fortasse sine causa: cum aliquotiens
Sap.18.d. in scripturis inueniatur homines dictos esse sine querela: non inuenitur qui sit dictus sine peccato: nisi vnus solus de quo aperte di-
2.Cor.5.d. ctum est: Eum qui non nouerat peccatum: Et eo loco vbi de sacerdotibus agebatur: Etenim
Heb.4.d. expertus est omnia/secundum similitudinem absque peccato: in illa scilicet carne que habe-
Roma.8.a. bat similitudinem carnis peccati/quamuis non esset caro peccati. Quam tamen similitudinem non haberet/nisi cetera omnis esset caro peccati. Iam illud quomodo accipiendum sit:
1.Joh.3.a. Omnis qui natus est ex deo/non peccat: et non potest peccare: quia semen eius in ipso manet: cum ipse apostolus iohannes quasi non sit natus ex deo/aut eis loqueretur qui nondum nati essent ex deo/aperte posuerit: Si
1.Joh.1.c. dixerimus quoniam peccatum non habemus nosmetipsos seducimus et veritas in nobis non est: in libris quos de hac re ad marcellinum scripsi/sicut potui explicare curaui. Et illud quod dictum est: non potest peccare/pro eo dictum esse/ac si diceretur: non debet peccare: non improbanda mihi videtur huius assertio. Quis enim insanus dicat debere peccari: cum io sit peccatum quia non debet fieri?

Quomodo intelligantur verba sancti iacobi: Linguam autem nullus hominum domare potest: Ca. xv.

Sane quod apostolus iacobus ait:
Linguam autem nullus hominum domare potest: non mihi videtur ita intelligendum/quod exponere voluit/quasi per exprobrationem dictum: tanquam diceretur: ergo ne linguam nullus hominum domare potest/tanquam obiurgans et dicens: Domare feras potestis: linguam non potestis: quasi facilius sit linguam domare/quam feras. Non puto quod iste sit sensus hoc loco. Si enim hoc sentiri vellet/de facilitate domandi lingue/cetera sequerentur in bestiarum comparatione. Nunc vero sequitur: Inquietum malum plena veneno mortifero/vtique nocentiore quam bestiarum est atque serpentum: Nam illud carnem interficit hoc vero animam: Os enim quod mentitur occidit animam. Non ergo quasi id esset facilius quam mansuefactio bestiarum sanctus iacobus illam sententiam pronunciauit/aut ea voce voluit pronunciari: sed potius ostendens quantum sit in homine lingue malum/vt a nullo homine domari possit/cum ab hominibus domentur et bestie. Nec ob ideo dixit/vt huius in nos mali dominationem per negligentiam permanere patiamur: sed vt ad domandam linguam diuine gratie poscamus auxilium. Non enim ait: linguam nullus domare potest/sed nullus hominum: vt cum domatur dei misericordia/dei adiutorio/dei gratia fieri fateamur. Conetur ergo anima domare linguam: et dum conatur/poscat auxilium/et oret lingua vt dometur lingua domante illo qui dixit ad suos: Non enim vos estis qui loquimini/sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Itaque precepto facere commonemur/quod conantes et nostris viribus non valentes/adiutorium diuinum precemur.

Jaco.3.b. (beside "Linguam autem nullus hominum do-")
Sap.1.c. (beside "interficit hoc vero animam")
Matth.10.c. (beside "gua domante illo qui dixit ad suos")

Que sit vera sapientia linguam domans: et quomodo non in hominis sit potestate/sed a deo/admonente apostolo/postulanda: Ca. xvi.

Proinde et ipse cum exaggerasset lingue malum inter hec dicens: Non oportet fratres mei hec ita fieri: continuo monuit/consumatis his que hinc dicebat quo adiutorio ista non fierent que dixit fieri non oportere: Quis enim sapiens et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientie. Quod si zelum amarum habetis et contentiones in cordibus vestris/nolite gloriari et mendaces esse aduersus veritatem: Non est ista sapientia desursum descendens/sed terrena animalis

Jaco.3.c. (beside "lingue malum inter hec dicens")

diabolica. Ubi enim zelus et contentio/ ibi in/
cōstantia et oē opus prauū: Que aūt desur
sum est sapiētia/ primum quidē pudica est:
deinde pacifica/ modesta/ suadibilis/ plena
misericordie et fructibus bonis/ inestimabi
lis/ sine simulatiōe. Hec ē sapientia que lin
guam domat/ desursum descendens/ nō ab
humano corde prosiliens. An et istam quis/
qȝ abrogare audet gratia dei: et eam sup/
bissima vanitate ponit in hominis potesta
te? Cur ergo orat̄ vt accipiat̄/ si ab homine
est vt habeat̄? An et huic orationi cōtradi/
cit̄: ne fiat iniuria libero arbitrio: quod si/
bi sufficit possibilitate nature ad implenda
omnia precepta iusticie? Contradicatur er/
go eidem ipsi apostolo iacobo admonenti
Jaco. 1.a. et dicēti: Si qs autē vestrū indiget sapien/
tia/ postulet a deo: qui dat oībus affluēter/
et nō improperat/ et dabitur ei: postulet au/
tem in fide nihil hesitans. Hec est fides ad
quā p̄cepta compellunt/ vt lex imperet et fi/
Jaco. 3.b. des ipetret: Per linguā enim quā nullus
hominū domare potest/ sed sapiētia desur/
sum descendens: in multis offendimꝰ om/
nes. Non eni et hoc iste apostolus alio mo/
do pnūciauit/ sicut illud quod ait: Linguā
nullus hominū domare potest.

Quid sit extra carnem esse/ et in carne: et quomodo sapiētia a deo sit petenda vt pestifera euacuetur ignorantia: Ca. XVII.

A Ec illud quisqȝ istis pro impossibi/
n litate nō peccādi similiter obiece/
Roma. 8.b. rit/ qḋ dictū ē: Sapiētia carnis ini/
mica est in deū: legi eni dei nō est subiecta:
nec enim potest. Qui aūt in carne sunt deo
placere nō possunt: Sapiētiam quippe car/
nis dixit/ non sapientiam desursum descen
dentem: et in carne esse non eos qui nōdum
de corpore exierunt/ sed eos qui scdm carnē
viuunt/ significatos esse manifestū est. Nō
aūt ibi est questio que versat̄. Illud est qḋ
expecto ab isto audire si possim: eos q scdm
spiritum viuunt/ et ob hoc etiam adhuc vi/
uentes iam quodāmodo in carne nō sunt:
vtrū gratia dei viuant scdm spiritum: an sibi
sufficiant iam data cū creantur possibilita/
te nature/ et sua propria volūtate: cum ple/
Roma. 13.c. nitudo legis/ non sit nisi charitas: et chari/
Roma. 5.a. tas dei diffusa sit in cordibus nostris non
per nosipsos/ sed per spiritūsanctuȝ qui da
B tus est nobis? Tractat etiā iste de peccatis
ignorantie/ et dicit hominē p̄uigilare debe/
re ne ignoret idcqȝ esse culpādā ignorātiā/ qr
id homo nescit negligētia sua/ qḋ adhibita
diligentia scire debuisset: dum tamē potiꝰ
disputet/ qȝ vt oret et dicat: Da mihi intel/ Ps. 118.
lectum vt discā mandata tua. Aliud est eī 2. sen. dis. 22.
nō curasse scire/ que negligentie peccata eti ca. est aūt.
am per sacrificia quedā legis videbātur ex
piari: Aliud itelligere velle/ nec posse/ et fa/
cere contra legem/ nō intelligendo quid fie/
ri velit. Unde admonemur a deo petere sa
pientiam: qui dat omnibus affluenter: vti
qȝ his omnibus qui sic petunt/ et tātum pe/
tunt quomodo et quantum res tanta pe/
tenda est.

Qd nō solum orandum sit vt preterita peccata expient̄/ sed etiaȝ vt futura vitent̄: Ca. XVIII.

Iuinitus tamen esse expiāda pec/
d cata cōmissa/ et pro eis dominū ex/
orādum esse fatet̄: ppter veniam
scilicet pmerendā: quia id quod factū est/ fa
cere infectum multum ab isto laudata po/
tentia nature et voluntas hominis etiā ip/
so fatente non potest: quare hac necessita/
te restat vt oret ignosci: vt autem adiuuet̄
ne peccet/ nusqȝ dixit non hic legi. Mirum
de hac re omnino silentium cū oratione do
minica vtrūqȝ petēdū esse cōmoneat: et vt Math. 6.b.
dimittātur nobis debita nr̄a: et vt nō īfera/
mur ī teptationē: illud vt p̄terita expient̄/
hoc vt futura vitent̄. Qḋ licet nō fiat/ nisi vo
luntas assit: tamen vt fiat volūtas sola nō
sufficit: ideo p hac re nec superflua nec impu/
dens domino immolat̄ oratio: Nam quid
stultius qȝ orare vt facias/ quod in potesta/
te habeas?

Qd humanam naturā peccatum et debilitauerit et vulnerauerit/ ratione et auctoritate pbat̄: Ca. XIX.

Am nūc videte quod ad rem maxi
i me pertinet: quomodo humanam
naturam tanqȝ omnino sine vllo
vitio sit/ conetur ostēdere: et contra apertis/
simas scripturas dei deletur sapientia ver/
bi qua euacuetur crux christi. Sed plane il/ 1. Cor. 1. c.
la nō euacuabitur: ista potius sapiētia sub/
uertet̄. Nam cum hoc ostenderimus/ aderit
fortasse misericordia dei/ vt et ipsuȝ hec dix/
isse peniteat. Primo inquit/ de eo disputan
dum est qȝ per peccatum debilitata dicitur
et immutata natura. Unde ante oīa que/
rendum puto inquit quid sit peccatū. Sub
stantia aliqua: an omnino substantia ca/
rens nomen: quo non res/ non existētia nō
corpus aliquod/ sed perperam facti actus
exprimitur. Deinde adiūgit: Credo ita est:
Et si ita est iquit/ quomodo potuit huma/
nam debilitare vel mutare naturam quod
substantia caret? Uidete queso quomodo/

nesciens nitaſ euertere medicinaliū eloqui
Ps. 40. orum voces ſaluberrimas. Ego dixi/ domi/
ne miserere mei/ſana animā meā/quia pec/
caui tibi. Quid ſanaſ ſi nihil ē vulneratū/
nihil ſauciatū/nihil debilitatuȝ atq̧ vitia/
tū? Porro ſi ē qd̓ ſaneſ/vñ vitiatū ē? Audiſ
cōfitentē: quid deſideras diſputātē? Sana
inquit animā meaȝ. Ab illo quere / vnde vi
tiatum ſit quod ſanari rogat: et audi quod
ſequiſ: Quoniā peccaui tibi. Huc iſte inter
roget: ab iſto querat qd̓ querēdum putat:
ꝛ dicat: O tu qui clamas: ſana animā meā
qm̄ peccaui tibi: quid eſt peccatū? Subſtā
tia aliqua /an oīno ſubſtantia carens no/
men: quo nō res/ nō exiſtentia/non corpus
aliquod/ſed tm̄ peruerſ facti actus expri/
miſ? Reſpondet ille: ita eſt vt dicis: Non
eſt peccatum aliqua ſubſtātia/ ſed tm̄ hoc
nomine perperā facti actus exprimiſ. Et cō
tra iſte: Quid ꝙ clamas: Sana aīam meā
quomodo peccaui tibi? Quomodo potuit
vitiare animā tuam quod ſubſtātia caret?
Nōne ille merore cōfectus vulneris ſui ne
diſputatione ab oratione auerteref/breui/
ter reſpōderet ꝛ diceret: Recede a me obſe/
cro: cū illo potius diſputa ſi potes/ꝗ dixit:
Matth. 9. b. Non eſt opus ſanis medicus /ſed egrotāti/
bus: Non veni vocare iuſtos/ſed peccato/
res: vbi iuſtos vtiq̧ ſanos/peccatores au/
tem appellauit egros?

Q sicut abſtinentia a cibo cor/pus debilitat: ita ſubſtātiam que deus eſt non manducādo anima langueſcit: Capitulū XX.

c Ernitis ne quo tendat/ꝛ quo ma/
nꝰ porrigat hec diſputatio: vt om/
nino fruſtra dictum puteſ: Voca/
Matth. 1. d. bis nomē eius ieſum: ipſe enim ſaluum fa/
ciet populum ſuū a peccatis eorum? Quo/
modo enim ſaluuȝ faciet/vbi nulla eſt egri
tudo? Peccata quippe/ a quibꝰ dicit euan/
gelium ſaluum faciēdū populū chriſti/ſub/
ſtantie non ſunt: ꝛ ſcd̓m iſtum vitiare non
poſſunt. O frater bonum eſt/vt memineris
te eſſe chriſtianū; Credere iſta fortaſſe ſuffi/
ceret: ſed tamē quia diſputare vis: nec ob/
eſt/ immo etiā ꝓdeſt ſi firmiſſima precedat
fides: nec exiſtimemus peccato naturā hu/
manam non poſſe vitari/ſed diuinis credē
tes ſcripturis peccato eā eſſe vitiatā: quo/
modo id fieri potuerit inquiramus/quoni/
am peccatum iam didicimus non eſſe ſub/
ſtantiam. Nonne attendiſ/vt alia omittā:
etiam/ non māducare/non eſſe ſubſtantiā?
A ſubſtantia quippe receditur: qm̄ cibus
ſubſtantia eſt. Sed abſtinere a cibo nō eſt
ſubſtantia: et tamen ſubſtantia corporis ſi
omnino abſtinetur a cibo/ita lāgueſcit/ ita
valitudinis inequalitate corrumpitur/ ita
exhauriſ viribus/ita laſſitudine debilitaſ
ꝛ frangitur: vt ſi aliquo modo perduret in
vita/ vix poſſit ad eum cibum reuocari vn/
de abſtinendo vitiata eſt. Sic non eſt ſub/
ſtantia peccatū: ſed ſubſtantia eſt deus/ſū/
maq̧ ſubſtantia: et ſolus verus rationalis
creature cibus: a quo per iobedientiam re/
cedendo/ꝛ per infirmitatem nō valendo ca
pere quod debuit ꝛ gaudere. Audis quēad
modū dicat: Percuſſus ſum ſicut fenum et Ps. 101.
aruit cor meum: quoniā oblitus ſum come
dere panem meum?

Q ieſus ſaluator ſit omniū/ tam ipſius ade ꝙ paruulorū ꝛ poſteri/tatis eius totius/cū ſint infirmi: (Ca. XXI.

a Ttendite autē quo/
modo adhuc ſe vrgeat veriſimili/
bus rationibus contra ſcripture
ſancte veritatem. Dominꝰ ieſus dicit: qui
ꝓpterea ieſus vocatur/quia ipſe ſaluum fe Matth. 1. d.
cit populum ſuū a peccatis eorum: Dicit er
go dominus ieſus: Nō eſt opus ſanis me/ Matth. 9. b.
dicus/ſed egrotātibus: Nō veni vocare iu/
ſtos ſed peccatores. Unde dicit et apoſto/
lus. Fidelis ſermo ꝛ omni acceptiōe dignꝰ: 1. timoth. 1. d.
quia ieſus chriſtus venit in hunc munduȝ
peccatores ſaluos facere: Et iſte cōtra fide/
lem ſermonem ꝛ omī acceptatione dignū/
dicit non debuiſſe hanc egritudinem ꝯtra/
hi peccatis/nec ad hoc eſſet iſta pena pecca
ti vt committerētur plura peccata. Queri/
tur ergo: paruulis tātus medicus opitula/
tur? Et iſte dicit: Quid ꝗritis: etiā ſani ſūt
ꝓpter quos medicū queritis. Nec ipſe pri/
mus homo ideo morte damnatus eſt: naȝ
poſtea non peccauit: quaſi aliquid poſtea
de perfectiōe iuſticie eius audierit: niſi qd̓
commendat eccleſia ꝛ ipſum domini chriſti
miſericordia liberatum. Eius quoq̧ poſte/
ros iſte dicit: non ſolum illo nō eſſe infirmi/
ores/ſed etiam plura impleuiſſe precepta:
cum ille vnū implere neglexerit: Quos po/
ſteros videt ita naſci/quomodo certe iſte
factus non eſt/non ſolum precepti incapa/
ces/ qd̓ omnino non ſentiunt/ſed vix capa/
ces papille cum eſuriunt: eos tamē in ma/
tris eccleſie gremio cum ſaluos gratia ſua
facere velit/qui ſaluum facit populum ſuū
a peccatis eorum/ contradicunt homines:
ꝛ quaſi creaturā que p̄ illum cōdita eſt/me/
lius illo inſpicere nouerint/voce non ſana
ſanos eſſe ꝓnunciant.

Q multiplex ſit pena peccati et

grauis vindicatio peccatorū per peccata: Capitulū xxii.

A Atteriam peccati dicit esse vindictam/si ad hoc peccator infirmat᷑ est/vt plura peccaret. Nec cogitat preuaricatorē legis q̄ digna lux deserat/ve ritas: Qua desertus vtiq3 fit cecus: ⁊ plus necesse est offendat/ ⁊ cadendo vexetur/vexatusq3 non surgat: vt ideo tantum audiat vocem legis quo admoneatur implorare gratiam saluatoris. An nulla pena est eorū de quib᷑ dicit apostolus: Quia cū cognouissent deum/non sicut deū glorificauerūt aut gratias egerunt/sed euanuerūt in cogitationibus suis: ⁊ obscuratum est insipiēs cor eorum? Utiq3 ista obscuratio vindicta et pena iam fuit: et tamen per hanc penam id est per cordis cecitatem/ que fit deserēte luce sapientie/ i plura ⁊ grauia peccata collapsi sunt. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sūt. Grauis hec pena est/ si quis intelligat: ⁊ ex hac pena vide quo ierūt: Et immutauerunt inquit gloriam incorruptibilis dei in similitudine imaginis corruptibilis hominis/ ⁊ volucrum/ ⁊ quadrupedū/ ⁊ serpentiū. Ista fecerūt ex peccati pena/qua obscuratum est insipiēs cor eorum: Et propter hec tamen/ quia licet penalia etiam ipsa peccata sunt/adiūgit ⁊ dicit: Propterea tradidit illos deus in desideria cordis illorū i immundiciam: Ecce quēadmodū deus grauius cōdemnauit/tradens illos in desideria cordis illorum in immundiciā. Uidete etiam ex hac pena quid faciant vt cōtumelijs inquit afficiant corpora sua i semetipsis. Et quia pena est ista iniquitat᷑/ cum sit ⁊ iniquitas/ euidentius commendat dicens: Qui transmutauerunt veritatem dei in mendacium/ ⁊ coluerūt ⁊ seruierūt creature potius q̄ creatori: qui est benedictus in secula amen. Propter hoc inquit/ tradidit deus illos in passiones ignominie. Ecce quotiens vindicat deus: ⁊ ex eadē vindicta plura ⁊ grauiora peccata consurgūt: Nam femine eorum inquit mutauerūt naturalem vsum in eū vsum qui est contra naturam: similiter autem ⁊ masculi relicto naturali vsu femine: exarserunt in appetitu3 suum in inuicem/masculi i masculos deformitatem operantes. Atq3 vt ostenderet sic esse ista peccata/vt etiam pene sint peccatorum/etiam his adiūxit: Et mercedē mutuā quā oportuit erroris sui in semetipsis recipiētes. Uidete quotiēs vindicet: eademq3 vindicta que pariat pulluletq3 peccata adhuc attendite: Et sicut non probauerunt in quit deum habere in noticia/tradidit illos deus in reprobam mentem/vt faciant que non conueniunt: repletos omni iniquitate cum circūuentione/malitia/auaricia/plenos inuidia/homicidio/contentione/dolo/malignitate: susurrones/ detractores/ deo odibiles/contumeliosos/superbos/elatos/inuentores malorum/parentib᷑ nō obedientes/insipientes/incompositos/sine affectu/sine misericordia. Hic nūc iste dicat: nō debuit sic vindicari peccatum/vt peccator per vindictam plura cōmitteret.

Roma. i. c. (margin, beside "de quib᷑ dicit apostolus")

B (margin, beside "deria cordis illorum")

Quomodo deserat deus deseri dignos: et quomodo ad peccatum liberum sufficiat arbitriū: redire autem ad iusticiam opus habet iustificatore medico: Ca. xxiii.

A Fortasse respondeat/deum ad ista non cogere/ sed dignos deseri tm̄ deserere. Si h dic/ verissime dic: deserti quippe vt dixit luce iusticie/ ⁊ per hoc contenebrati quid pariāt aliud q̄ hec omnia que commemoraui opera tenebrarū: donec dicatur eis si dicto obaudiant: Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis ⁊ illuminabit te christus? Mortuos veritas dicit: vnde ē ⁊ illud: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos ergo dicit vitas dicit/q̄s iste dicit ledi ⁊ vitiari non potuisse peccato quia videlicet didicit peccatum nō esse sub stātiam. Nemo ei dicit/ sic hominem factū vt de iusticia quidem possit in peccatū ire/ ⁊ de peccato ad iusticia3 redire non posset: sed vt in peccatum iret/ sufficit ei liberum arbitrium quo seipse vitiauit: vt autē redeat ad iusticia3/opus habet medico quoniam sanus non est/opus habet viuificatore quia mortuus est. De qua gratia omnino nihil iste dicit: quasi sola sua voluntate se possit sanare/quia cum potuit sola viciare. Nō eni dicimus mortem corporis ad peccatum valere/vbi sola vindicta est. Nemo autem peccat corpore moriēdo/sed ad peccatum valet mors anime quā deseruit vita sua: hoc est deus eius/que necesse est mortua opera faciat donec christi gfa reuiuiscat. Famem ⁊ sitim ⁊ ceteras molestias corporales/absit vt dicamus necessitatem habere peccandi/quibus molestijs exercitata vita iustorū splendidi᷑ enituit/⁊ eas p patientiam superando maiorem gloriam comparauit: sed adiuta gratia dei/adiuta spiritu dei/adiuta misericordia dei: nō superba voluntate se extollens/sed humili confessione fortitudinē pmerens: Nouerat eni deo dicere: Qm̄ tu es patientia mea. De q̄

Eph. 5. d. (margin, beside "Surge qui dormis")

Matth. 8. c. (margin, beside "Mortuos veritas dicit")

B (margin, beside "tore quia mortuus est")

Ps. 70. (margin, beside last line)

gratia et adiutorio ⁊ misericordia sine q̄ be
ne non possumus viuere/ nescio quare iste
oīno nihil dicimo etiā velut sibi ad iusticiā
sufficientem si volūtas sola assit/ defendē
do naturam/gratię christi qua iustificamur
apertissime cōtradicit. Cur autē soluto per
gratiā peccati reatu ad exercitationē fidei
mors corporis maneat/quāuis venerit de
peccato: iam et hoc in illis ad sanctę memo
rię marcellinū libris vt valui disserui.

Q liberū arbitrium egeat ꝑcio passionis christi: ⁊ quomodo mirabilis dei misericordia mala ꝓdesse faciat. Ca. XXIIII.

A Q
Uod vero dn̄m dicit sine peccato
q mori potuisse: illi etiam nasci/pote
stas misericordię/nō cōditio naturę
fuit: Sic etiā mortuus est potestate: ⁊ hoc ē
ꝑcium nostrū q̄ nos a morte redimeret: Et
hoc istorū disputatio euacuare cōtendit: cū
ab eis ita natura humana defendit/vt pos
sit liberum arbitriū isto precio nō egere/ vt
a potestate tenebrarum ⁊ ꝑpositi mortis in re
gnū christi dn̄i transferant: Et tamē quādo
Job.14.d. dn̄s ad passionem prexit: Ecce lquit veniet
princeps hui⁹ mūdi/⁊ in me nihil inueniet:
⁊ vtiq̄ nihil peccati/vnde ꝑpositus mortis
iure suo ageret vt perimeret: Sed vt sciāt
omnes inquit/q2 voluntatē patris mei fa
cio: Surgite eam⁹ hinc: id ē quia non mori
or necessitate peccati/sed obedientię volun
tate. Dicit nullū malū boni alicui⁹ esse cau
sam: quasi pęna bonū sit/qua tamē multi
B emendati sunt. Sunt ergo mala que ꝓsunt
mirabili misericordia dei. Nūquid ille bo
Ps.29. ni aliquid passus est: qui dixit: Auertisti fa
ciē tuā a me ⁊ factus sum conturbat⁹? Non
vtiq̄/⁊ tamē hec ei cōturbatio cōtra supbi
am fuit medicinal' quodāmō. Dixerat eni:
in abundātia mea non mouebor in ęternū:
et sibi tribuebat qđ a dn̄o habebat: Quid
1.Cor.4.b. enim habebat quod non accęperat. Quare
ostendendū ei fuerat vnde haberet vt reci
peret humilis/ qđ superb⁹ amiserat. Ideo:
Ps.29. domine inquit/ in voluntate tua prestiti
sti decori meo virtutem: In qua ego abun
dantia mea dicebam/non mouebor/cū hoc
mihi esset abs te/nō a me. Deniq̄ auertisti
faciem tuam ⁊ factus sum turbatus.

Q miseriam nostram agnoscere/et ita misericordiā quęrere et implorare debem⁹: Ca. XXV.

Oc superbus animus omnino non
b sapit: sed magnus est dominus/qui
ꝑsuadeat quomodo ipse nouit. Nā
ꝓcliuiores sum⁹ quęrere poti⁹ q̄d contra ea
respōdeamus/q̄ nostro obijciunt errori/q̄
intendere q̄ sint salubria/vt careamus er
rore. Unde cū istis nō tam disputationib⁹
q̄ pro eis sicut ꝓ nobis orationibus ē agē
dum. Non enī hoc eis dicimus qđ sibi iste
opposuit/ vt esset causa misericordię dei ne
cessariū fuisse pctm̄: Utinā nō fuisset mise
ria/nec ista esset misericordia necessaria. Sz
iniquitatem peccati tanto grauiorē: quāto
facili⁹ homo nō peccaret/quē nulla adhuc
tenebat infirmitas/pęna iustissima subsecu
ta est: vt mercedem mutuā peccati sui i se
metipso reciperet/amittens sub se positam
sui corporis quodāmō obedientiā/quā ꝑci
puam sub domino suo ipse contēpserat. Et
q2 nūc cum eadem lege peccati nascimur/ q̄
in membris nr̄is repugnat legi mentis: ne Roma. 7.d.
q̄ aduersus deum murmurare/neq̄ contra
rem manifestissimā disputare/sed ꝓ pęna
nostra illius misericordiā quęrere et orare
debemus.

Q deus nō solū sanat/ vt deleat qđ peccauim⁹/sed vt prestet etiā ne peccem⁹ exemplis probat sumptis a vulnerato ⁊ oculo. Ca. XXVI.

Ttendite sane vigilāter quomodo
a dixerit: Adhibet quidem huic etiā
parti: si quādo necessariū fuerit mi
sericordiā suam de⁹/q2 homini post pecca
tum ita subueniri necesse est: nō quia deus
causam huiuscemodi necessitatis optaue
rit. Uidetis ne quēadmodū nō dicat neces
sariā misericordiā dei vt nō peccemus/ sed
quia peccauimus? Deinde subiungit: Sed
et medicus ad curandum iam paratus esse
vulneratum debet: nō debet autē vt sanus
vulneret optare. Si ista similitudo rebus
de quibus agimus cōgruit: certe vulnerari
nō potest natura humana peccato: quoniā
peccatū nulla substātia est. Sicut ergo vul
nere/verbi gratia claudicans ideo curat/ vt
sanato malo ꝑterito/futurus dirigatur ices
sus: sic mala nostra nō ad hoc solum super
nus medicus sanat/ vt illa iam non sint/sed
vt de cętero recte ambulare possimus: qđ
quidem etiam sani nō nisi illo adiuuāte po
